

**www.e-rara.ch**

## **Clypevs Alphabeticvs Id est Clypeus Clementium Judicum**

**Gobat, Georges**

**Monachii, Anno M. DC. LXII**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-60299>

Alphabetum communicantium [...].

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ALPHABETVM  
COMMVNICANTIVM

QVO

XXIII. *Casibus* Factis, non Fictis brevi-  
ter proponuntur exponuntur ea, quæ ad  
usum, atque administrationem  
Sanctissimæ

EVCHARISTIÆ

*Monachij* spectant. *Nicænsis*

*sub:* AUCTORE *Ob:*

*Bernardo:*

GEORGIO GOBAT

Soc. JESV.

EDITIO TERTIA MVLTO

*Auctior: Emendatior.*

Cum facultate Superiorum.

MONACHII.

Typis LUCÆ STRAUB.

Expensis JOANNIS WAGNERI

Civis & Bibliopolæ Monacensis

---

Anno M. DC. LXII.



# PRÆFATIO.

Ad Lectorem Benevolum.

**B**enevolum te idcirco no-  
mino, quia tam benevolē  
primam ac secundam Edi-  
tionem hujus Alphabeti  
legisti, ut permultis mo-  
veris salivam, ac desiderium habendi,  
evolventi. Testantur id frequentes  
ad me, typographum, alios quā litteræ,  
quā nuncij. Quò igitur ijs, adeoque ti-  
bi facerem satis, cum pridem distracta  
essent omnia exemplaria, revocavi il-  
lud sub incudem, mutavi nonnulla, ad-  
didi pluscula, sustuli quædam, trans-  
tulique in Alphabetum Sacrificantium,  
utpote in locum commodiorem; anne-  
xui numeros Marginales. Vocavi, &  
etiamnum voco Alphabetum, quia ni-  
mirum tot, quot Alphabeti sunt litte-  
ræ, Casibus non Fictis, sed Factis, bre-  
vitate scholasticâ indicandis, accura-  
tione Casisticâ enucleandis explicat ple-  
raque omnia dubia practica, quæ circa  
sacram Communionem solent occurrere  
Clericis, & Laicis. Nam casu 1. expo-

no, An & Cur Communicandum. 2. Sub  
qua specie. 3. Quando. 4. Quoties. 5.  
Vbi. 6. An pueris. 7. An fatuis, &  
surdis. 8. An phreneticis, & energu-  
menis. 9. An epilepticis. 10. An nause-  
abundo. 11. An catharroso, & tussien-  
ti. 12. Quomodo moribundo. 13. An  
ebrio moribundo. 14. An capite damna-  
tis. 15. Dicam confesso communican-  
dum. 16. Non confesso communican-  
dum. 17. Iejuno. 18. Non jejuno lai-  
co. 19. Non jejuno sacerdoti commu-  
nicandum. 20. Cum alijs dispositioni-  
bus communicandum. 21. De manu sa-  
cerdotis communicandum. 22. De ma-  
nu non sacerdotis communicandum. 23.  
Non in probationem innocentiae com-  
municandum. Hisce XXIII. quasi  
Cardinalibus Casibus immisceo quando-  
que alias secundarios, qui proinde non  
faciunt, quo minus valeat ratio, ob  
quam hunc, & sequentem Tractatum  
nuncupem Alphabetum. Vale, &  
si quid boni in hoc, altero ve repereris,  
selige ex utroque decem Chara-  
cteres hoc ordine.

DEO GRATIAS.

An, & cur communicandum?

## Casus I. Prodigiosus.

**A** Polloniam casti mariti castam uxorem deperibat, atque ad turpe facinus sollicitabat impurus adulter. Qui viso suis artibus nil profici, adhibet Avernales, ejus aut amorem sibi, aut odium marito conciliaturus. Etenim improbi magi operâ, præstigiisque usus effecit, ut Apollonia oculis & chari conjugis, & aliorum intuentium appareret in forma equæ, habita ab omnibus non jam homo, sed bestia, atque idcirco à conjugè non sine horrore sæpius repulsa, abacta. Demum ad S. Macarium ducta, ac præstigijs liberata intellexit ex eo, causam mali his verbis: Hæc tibi acciderunt, quòd jam quinque hebdomadas non accessisti ad interata nostri Salvatoris Sacramenta.

Testis est hujus prodigiosæ metamorphosis Palladius in Lausiac. lib. 8, cap. 19. apud Heribert. Rossvei-

dum in *Vitis Patrum*, cujus occasione.

- 3 **Q**uæritur 1. *An, & quo jure obligemur ad sacram Synaxin?* Resp.
1. Cerrum est, nos teneri saltem Ecclesiastico jure, ut constat ex cap. *omnis utriusque sexûs, de pœnit. & remiss.*
  2. Verosimilius est, etiam divino. S. Th. in suo ultimo testamento, ut vocat Diana, id est in 3. p. q. 80. a. 11. cum plerisque contra S. Bonavent. Alenf. alios nonnullos. Nam illa verba Salvatoris Joan. 6. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & (id est ? Vel, ut optimè interpretantur nonnulli Controversistæ) biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis,* rectè omnino intelliguntur de manducatione sacramentali.
  3. Verosimillimum est, aliquos particulares homines specialiter à Deo obligari ad sumendam Eucharistiam, quia scil. decrevit, eis non largiri gratiam vel proximè sufficientem, vel certè efficacem ad superan-

*Communicandum Casus I.* 3

perandas graves quasdam tentationes, obtinenda quædam bona necessaria, nisi Carnem Christi sumant. Suadet hoc exemplum Apolloniæ, itémque illud, quod ex Joanne Sanchez referam *Casu XX.* ac plura alia apud probatos scriptores; ut proinde merito hanc doctrinam tradiderit Petrus Sotus *de Euchar. lect. 9.* Quam non omnino respuens Suarez *tom. 3. in 3. part. disp. 69. sect. 3.* observat, esse ei perarò locum.

At si quis sciens, quia scil. tentatis cæteris omnibus, adhuc sentit infirmitatem suam, ut loquitur Sotus, se non posse superiorem aliquâ tentatione E. G. carnali evadere, nisi frequentatione Sacræ Communionis; peccabitne in præceptum divinum de Communionem negligendo hanc? Respondet negativè Suarez *loc. cit.* sed solum contra præceptum virtutis, cui illa tentatio adversatur, eò quòd illa virtus, non autem lex Communionis imperet tunc sumtionem Euchar-

charitativæ; ac proinde non oportebit ex sententia hujus Autoris in confessione exprimere neglectum Communionis admissum tempore illius tentationis. Hæc responsio est verosimilis, sed alibi excutienda.

- 6 **Q**Uæritur 2. *Vtrum ad praxin referat scire, an solâ lege Ecclesiastica, an verò etiam divina, teneamur communicare?* Resp. Si induxisti in animum semper ex probabilibus opinionibus illam sequi, quæ tibi commodior, tum sanè parum interest tuâ id nôsse, quandoquidem multi Theologi probabiliter docent, præceptum divinum de adeunda mensa Angelica nec citiùs, nec sæpius obligare, quàm Ecclesiasticum, & qui contra utrumque agit, non delinquere in ordine ad confessionem graviùs, quàm si solùm contra unum.

- 7 Scio quidem, inquires, à nemine dubitari debere, quin per se loquendo sit fas actiones instituere ex amussi, cujus-

cujuscunque tandem sententiæ verè,  
atque à parte rei practicè probabilis,  
sed quia video noxiam laxitatem  
conscientiæ gigni, quando quis nun-  
quam probabiliora, tutioraque secta-  
tur, sed ex probabilibus illa sola,  
quæ suo genio & palato arrident,  
*Ideo velim scire, quanam de ejusmodi*  
*præcepto divino verosimiliora tra-*  
*dant Theologi.* Ita omnino est; am-  
bulat in lubrico, qui semper conse-  
statur sententias magis faventes na-  
turæ corruptæ: non autem qui mo-  
deratè. Porro ad propositam interro-  
gationem. Resp. sequentia.

1. Non liquidò constare, quan- 8  
donam, aut quoties obliget illud  
præceptum. Est enim memoriæ  
imprimenda, & sæpius, quàm non-  
nulli rigidiores Theologi factitent,  
in usum redigenda illa, communi  
calculo Theologiæ, Jurisque peri-  
torum approbata regula: Nulla o-  
bligatio est asserenda sine lege. *c. le-*  
*gatur 24. q. 2 l. 99. ff. de verb. oblig*

Navar. de Rosario miscell. 22. nulla autem lex divina (qualis hinc esse deberet) exhiberi potest, quæ exprimat vel tempus, vel frequentiam, vel occasionem.

- 9 2. Dominicum Sotum, si hac ætate viveret, mutaturum opinionem, qua magis piè, quàm rectè in 4. d. 12. censuit, ut primum quis deliquit mortaliter, oportere eum adire communionem; videret enim suo iudicio refragari torrentem omnium pœnitentium, Confessariorumque; & meritò. Sanè quod nulla lege statuitur, id nos asserere non debemus. DD. ex c. de transl. Epif.

- 10 3. Verosimilius videri, illud præceptum divinum astringere in articulo mortis. Tann. tom. 4. d. 5. q. 8. n. 109. cum multis contra non paucos. Nam Concil. Nicæn. relatum c. de his 26. q. 6. cavet, ne discessurus è corpore necessario viæ suæ viatico defraudetur. Cur autem vocat necessarium, si non est lege divina præceptum? 4. Sa-

*Communicandum? Casus I. 7*

4. Satisfacere legi Christi, qui **12**  
quor annis semel accumbit sacrae  
mensae. S. Th. *l. c.* nec enim habe-  
mus fundamentum asserendi mayo-  
rem obligationem.

5. Cum pauci sint, qui hac aetate **12**  
omittant communionem Paschalem,  
& illi ipsi, qui per plures annos ne-  
gligunt, ignorent, se plus quam se-  
mel in anno delinquere abstinendo  
synaxi, judico ad praxin vix referre,  
utrum scribatur, & imprimatur, o-  
mnes Christianos lege Christi astringi  
ad Eucharistiam singulis triennijs  
aut quadriennijs, ut divinant nonnul-  
li Theologi, sumendam.

6. Hoc divinissimum sacramen-**13**  
tum eo fine institutum esse, ut per  
modum refectionis spiritualis ani-  
mum roboret, ac muniat. S. Th. *q.*  
*79. a. 1. in Corp.* Nam sicut cibus  
& potus solent conferre suas qualita-  
tes, iisve similes; itemque reali tra-  
ctu, & gustu refectionem, & dele-  
ctationem; sicut deinde quod sapit  
A 6 nutrit

nutrit, teste Avicenna, ac nutriendo reparat, quod noxius calor absumpserat, virésq; auget, & ad debitam staturam perducit, ita etiam spiritualiter facit Eucharistia, ut explicant Ascetæ, atque ipsi Theologi *in cit. quest. S. Thomæ.* Plura dicam de effectibus hujus spiritualis penûs, & paupertatis *Casu ultimo.*

*Sub qua specie communicandum?*

## Casus II. Cruentus.

14 **B**arnabas vir religiosus quibusdam petentibus, & instantibus, ut sub utraque specie Sacramentum sumerent, sacerdote quodam pio cantante, cum faceret fractionem, concavum patenæ totum visum est repleri sanguine, ad quod obstupuerunt ipse, & circumstantes; sed cum conjungeret partes hostiæ, totum visum est reintrare, & sic petitioni, & tentationi illorum satisfactum penitus fuit.

Verba

*Communicandum? Casus II. 9*

Verba hæc sunt antiqui, gravissi- 15  
mique Theologi Alexandri Halensis  
p. 4. q. 11. memb. 2. a. 4. §. 3. quæ  
dant ansam proponendi sequentes  
quæstiones.

**Q**Uæritur enim 1. *An graviter* 16  
*delinquant illi nonnulli Catholici,*  
*qui tacite, vel aperte sentiunt, & di-*  
*cunt, Synodum Tridentinam sess. 21.*  
*c. 2. consultius facturam fuisse, si u-*  
*sum calicis permisisset laicis? Audivi*  
*ego ipse olim haud semel quosdam*  
*ita loquentes; at sine dubio malè,*  
*pepsimè. 1. Quia illi ipsi, qui ita lo-*  
*quuntur, satis indicant, se sentire,*  
*Concilium non tantùm minùs pru-*  
*denter, sed planè imprudenter, egis-*  
*se; atqui hoc sentire, ac dicere non*  
*vacat indigna, superbâque temeri-*  
*tate, atque arrogancia. Quis enim* 17  
*es tu, qui imprudentiæ damnes de-*  
*creta Concilij à Legatis Sedis Apo-*  
*stolicæ, ab Episcopis 270. Theolo-*  
*gis, Jurisperitis plùs 170. celebrati,*  
*à Christi Vicario quoad omnia & sin-*  
*gula,*

gula, ut loquitur Pius IV, approbati? Deinde est non arguas imprudentiæ, sed solum iudices, Synodum non tam providè egisse, quàm fuisset actura, si Calicem permisisset, arguendus ipse nihilominus es. Cùm enim Oecumenica Concilia congregentur in Spiritu sancto, sicuti & ipsa expressè loqui solent, Spiritus autem sanctus sit Spiritus sapientiæ, & intellectûs, Spiritus consilij & pietatis *I. 11.* quis ferat asserentem, hunc spiritum suggessisse taliter congregatis consilia minùs prudentia, minùs pia?

- 18 Et cùm integrum sit iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur *cap. extradist. 64. & cap. prudentiam de officio jud. deleg.* quàm integrum ac perfectum haberi debet id, quod tam gravium, tam doctorum, usùque peritorum calculis comprobatum est? Accedit quòd Theologi, præsertim qui adversus hæreticos illud decretum Concilij reprehendentes
- tes

tes scribunt, proferant in medium rationes optimas, quæ tam Tridentinam, quam prius Constantientem Synodos induxerunt, ad statuendam illam prohibitionem; quarum illa non minima est, quam suggerit hujus nostræ urbis, Constantiense aio, *sess.* 13. Concilium, ne videlicet Christi fideles alrè imbibant errorem aliorum censentium, docentium non totum, & integrum Christum, sed duntaxat dimidiatum contineri sub singulis speciebus. 19

Veritatem huic detestando errori contrariam non nisi magno molimine imprimimus animis ineruditorum, etiam hac ætate, quid fieret, si sub utraque specie sacrum convivium celebraret plebs Christiana?

*Sed multi è Lutheranis transfrent ad castra Catholica, si propinaretur eis calix. &c.* Est hoc merissimum pallium pertinaciæ hæreticæ; Si Christus Dominus tolleret præceptum confessionis auricularis; si Papa leges de jejunio, aliásque difficilioresexpun-

expungeret, si divorcium, ac bona Ecclesiastica permetteret laicis, tum equidem sperarem multorum conversionem; sed quia malitijs hominum indulgendum non est, *cap. plerumque de rescript.* idè nec Christus, nec Christi Vicarius debet ob superbam pervicaciam suas mutare leges.

- 21 **Q**Uæritur 2. *Vtrum in sanctionem horum Conciliorum peccaturus esset sacerdos, qui è Calice suo ante, vel post primam ablutionem præberet vinum ijs, quibus præbuit Corpus Christi?* Novi ego parochum annis abhinc plus 50. jam vetulum, atque è Grammatica ad parochiam (tam rudia erant illa tempora) sanè per saltum promotum, qui id factitabat, non autem probè memini, utrum è prima, an è secunda ablutione præbuerit. Id quoque fuisse usu receptum in alijs Germaniæ Diocesisibus testantur complures oculati, satisque indicant Constitutiones Synodales hujus Diocesis, loco paulo post expressi-

primendo, fuisse id ipsum factitatum  
in hoc Episcopatu.

Resp. autem non fore reum ullius <sup>22</sup>  
peccati adversus illa Concilia admis-  
si, qui sive secundæ, sive primæ ab-  
lutionis partem ministraret Laico.  
*At in prima remanent aliquæ guttæ  
sanguinis.* Resp. ob hanc causam  
Card. de Lugo *in Resp. mor. lib. 1.  
dub. 18.* ex instituto contendit, non  
esse facile introducendum, vel admit-  
tendum usum quorundam unius cu-  
jusdam Diœcesis parochorum, qui  
coacti diebus festis sacrum facere in  
duobus locis, calicem primi sacri  
eluebant vino, totumque dabant e-  
bibendum Laicis sub illo communi-  
cantibus, putatque hic Cardinalis eos  
adversus illa Concilia egisse.

Dicendum tamen mihi videretur, <sup>23</sup>  
non egisse contra verba, aut mentem  
prædictorum Conciliorum. Nam  
& illi communicantes non diceban-  
tur vulgari loquendi modo, qui ta-  
men maximè spectandus est. *l. La-  
bee*

beo ff. de sup. leg. communicare sub specie vini, quod quidem solum verant illæ Synodi, ut patet tum ex littera, tum ex Rubrica nostræ Constantiensis, & non erat periculum illorum incommodorum, ob quæ utraque Synodus interdixit communionem sub utraque specie. Ideo non arbitror, intervenire hic grave delictum; attamen morem illum, contra quem pugnat Cardinalis, non inducendum ubi non est, existimo.

-4 Jam verò si supponamus, illum bonum senem præbuisse è secunda purificatione, tum fuit remotior à specie gravis delicti, quandoquidem solebat olim illa ablutio effundi in locum mundum teste *Garvanto in rubric. Missalis p. 2. cit. 10. litt. Z.* post Durandum in *Rationali lib. 4. c. 55.* ubi reddit quidem causam hujus ablutiois, seu, ut loquitur, perfusionis digitorum, non autem docet, cur illa ablutio non fuerit etiam ejus ætate sumpta à celebrante. Mihi

occur-

Con  
occur  
invalu  
fis in 4  
a. 8. al  
bicant  
non  
quant  
minu  
confe  
rimis  
non p  
illum  
loqu  
tissimi  
At  
les h  
plur  
leretur  
aut f  
sacra  
calic  
diqu  
gime  
Conf

*Communicandum? Casus II. 15*

occurrit hæc ratio, quia probabiliter invaluerat eo tempore opinio Halensis in 4. & ipsius S. Thomæ q. 77. a. 8. aliorumque nonnullorum, arbitrantium, quando multum vini non consecrati miscetur exiguæ quantitati consecrati, Christum Dominum desinere esse sub speciebus consecrati. Quæ opinio tametsi plurimis non probatur, videtur tamen non posse, nisi eâ suppositâ defendi illum morem universalem, de quo loquitur Durandus doctissimus, peritissimus Episcopus.

Attamen constitutiones Synodales hujus Diœcesis inter alia longè plurima saluberrima statuunt, ne tolleretur, ut vinum ablutionis primæ, aut secundæ ( ut interpretor ) post sacram communionem præbeatur è calice, ne rudes & idiotæ, sicut factum aliquando intelleximus, Christi sanguinem in eo se sumere credant. Ita Constitut. p. I. tit. 8. n. 11.

Quæ-

- 26 **Q**uæritur 3. An in nullo casu sit  
*fas* Laico sumere Christum sub  
*specie vini.* Resp. Est, 1. enim, si  
 Calvinistis militibus in templum ir-  
 ruentibus profugiat ab altari paro-  
 chus, relicto illic calice consecrato,  
 laudabitur ædituus, si suo parocho  
 cordatior sacrum sanguinem reveren-  
 ter hauriat, ne ab hæreticis impiè ef-  
 fundatur. Suarez *disp.* 1. *sect.* 3.  
 2. Si sacerdote post consecrationem  
 repente extincto nequit haberi, qui  
 sacrificium perficiat, vel qui illum  
 sanguinem consecratum sumat in  
 alio sacro, poterit bibere laicus. Suar.  
*ibid.* 3. Si sanguinem in terram ef-  
 fum nequeat excipere, aut lambere  
 sacrificans, lambet licitè vir, aut mu-  
 lier. Suar. *ibid.* Nam ad hos casus  
 non se extendunt verba, aut mens  
 Concilij. An verò sit in his eventis  
 elicienda contritio, disces ex dicen-  
 28 dis infra n. 364. 4. Si quis æger  
 nequeat etiã minimam particulam  
 hostiæ quantumvis vino mixtam de-  
 glutire.

*Communicandum? Casus II. 17*

glutire, docet Ochagavia, apud Dianam p. 5. tr. 3. ref. 34. debere ipsi præberi sanguinem. Didacus Nugnus in q. 80. a. 12. ait, esse rem difficilem, nec suscipiendam sine consensu Episcopi, qui tutius assentietur. Verùm ego assentior Suarrio l. c. Barbofæ de parochia part. 2. c. 20. n. 44. de Lugo l. c. Georgio de Rhodes tom. 1. Disputationum Scholasticarum disp. 1. de Euchar. quest. 3. sect. 4. §. 4. negantibus etiam tunc licere, quia tunc non obligat lex divina de viatico propter varia incommoda.

*Quando communicandum?*

**Casus III. Lætus,  
& Tristis.**

**C**arolus M. sanctissimo Paschæ<sup>29</sup> die sacram Communionem in Orientali Saxoniam obibat cum universo exercitu, præsentem, atque omnia curiosè spectantem Wedekindo Prin-

Principe Saxoniae, qui mendicum mentitus, mendicorum turbæ sese immiscuerat, ut tanto liberius omnia arbitraretur, agnitus autem, & ad Regem amicum suum perductus, atq; inter alia interrogatus ab eo: Quid vidisti quod te vidisse delectet? Ille (ut erat adhuc rerum Christianarum rudis) subintulit. Vidi hodiernâ te die primùm sollicitum, & ad rem attentissimum. Posteaquam verò mensam adieras templo mediam, ita mihi hilari conspectus es vultu, ut repentinæ mutationis me caperet miraculum. Stupor autem erat videre, quòd de manu purpurati sacerdotis singuli perbellum puerum in os susciperent, quem quibusdam ludibundum arridere ultro properare, alijs verò abhorrentem avertisse vultum, & tamen in ora demissam nec redeuntem aspexi. Hoc quid sit nec dum accipio.

30. His omnino verbis hanc orationem, seu responsum Wedekindi refert Albertus Kranzius in sua Metropoli

poli lib. 1. c. 9. scriptor alienus ab omni fictione, qui etiam lib. 2 Saxonie c. 23. addit, Wedekindum hoc prodigio ( quod ibi de solo Carolo memorat ) inductum fuisse, ut religionem Christianam complecteretur.

Hæc porrò historia præbet occasionem declarandi præcipuè duas istas quæstiones. Primam, quid nomine Paschæ, quo etiam utitur Kranzcius, intelligant canones, dum de communione Paschali statuunt? Secundam, utrùm ij, à quibus in os demittitur pulchellus ille puer abhorrentem vultum avertens, id est, qui indignè communicant, satisfaciant præcepto Ecclesiæ injungenti Paschalem communionem? Hisce duabus quæstionibus plures alias tanquam appendices adjungemus.

Quæritur itaque 1. *Quid nomine Paschæ aut Paschatis intelligat Concil. Later. sub Innoc. III. re- larum in c. omnis utriusque de penit.*  
Gre-

& remis. hisce verbis: *Omnis utriusque Sexûs fidelis postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata semel in anno confiteatur proprio sacerdoti, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum: nisi fortè de proprij sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus duxerit abstinendum.* Resp. Intelligit septem dies ante, & totidem post Dominicam Resurrectionis cum ipsa Dominica, nam ita declaravit Eugenius IV. teste Nav. in *Enchir. c. 21. n. 45.*

- 33 *Quid igitur censetur de Germanis, qui anno, quo vel juxta Rubricas Brevariij celebratur, vel secundum morem plurium Episcopatum ex feria II. post Palmas anticipato in Sabbatum præcedens transfertur quo ad Chorum, & forum festum Annunciationis Deiparæ, ipso illo sabbato obcunt sacram Synaxin? Resp. Satisfaciunt præcepto Ecclesiæ, sicut & illi Bri-*

xinen-

xinenses, quos novi quolibet die inter Dominicas Quadrag. & in Albis habere jus explendi illam legem, Hæ consuetudines sunt rationabiles, & præscriptæ, ergo usque ad eò valent, ut juri positivo valeant præjudicium generare. *cap. fin. de consuet.*

**Q**Uæritur 1. *An qui tempore paschali, vel noluit cum posset, vel non potuit, cum vellet, fungi officio boni Christiani, adigatur ad proximè compensandum? Resp. Adigitur.* Ita contra Silv. Victor. Henriq. alios apud Dicastillo tom. 1. in 3. part. tract. 4. diff. 10. n. 136. tenent Bonac. Laym. Tannerus alij apud Dicastillo n. 135. Ratio est, quia licet exploratum sit, multa præcepta esse ita affixa certo alicui tempori, aut diei, ut qui ea non implevit die designato, haud tenetur postea compensare, ut patet facienti reflexionem super præcepta festorum, jejuniorum, horarum canonicarum; quia tamen ex una parte sunt etiam aliæ leges, qua-

rum adimplerioni certa dies præfigitur, non ad finiendam, sed ad dilatandam obligationem, ut loquuntur Doctores, ita videlicet, ut non permittatur (absque legitima causa) dilatio ultra illum diem, & qui illo die non facit, quod facere debebat, tantò gravius peccet, quantò diutius differt; ut videre est tum in exemplis indictæ comparationis coram iudice, & præstandæ solutionis certo die, quæ exempla adducit Innoc. 3. *cap. sum dilecti, de dol. & cont.* tum in legibus tributarijs, tantò quippe delinquant gravius subditi, quantò diutius procrastinant pensionem iusti tributi, certo mense persolvendi, sicut & is, qui vovit se hoc anno, & quidem mense Majo peregrinaturum ad locum religiosum bibui distantem; Ex altera autem parte videtur sumptio communionis paschalis spectare ad classem harum posteriorum legum, non priorum, idcirco probabilior videtur nostra responsio. Equidem

dem illæ phrasæ : *Suscipiens rever-* 36  
*enter ad minus in Pascha ; Et : singu-*  
*lis annis saltem in Paschate,* quarum  
primâ utitur Concil. Lateran. verbis  
supra descriptis, alterâ Trident. *sess.*  
*13. can. 9.* mihi persuadent hanc re-  
sponſionem. *Cur igitur, qui die Do-* 37  
*minico neglexit rem sacram, non tene-*  
*tur resarcire ?* Resp. quia lex Ec-  
clesiastica imperans auditionem fa-  
cri, ita sonat : *Missas die Dominico*  
*secularibus totas audire, speciali ordi-*  
*ne præcipimus. cap. missas de consecr.*  
*dist. 1.* Non autem sic : *Missas sin-*  
*gulis hebdomadis ad minus in Do-*  
*minica. Cur autem statim post Pa-* 38  
*scha, & non aliquot hebdomadis ?*  
Resp. quia in omnibus obligationi-  
bus, in quibus dies non ponitur, præ-  
fenti die debetur, inquit Pomponius  
*l. 14. ff. de reg. jur.* hîc autem non  
ponitur ullus dies post tempus pa-  
schale.

*Quid igitur agendum illi, qui præ-* 39  
*videt defore sibi commoditatem man-*

ducandi Agnum paschalem Christianorum? Resp. Alij absolute talem obligant ad præveniendum, ut Didacus Nugnus q. 80. a. 11. & Fagundes de præcept. Ecclesie præcept. 3. l. 1. c. 6. Alij absolute ac probabilissimè quidem negant teneri prævenire, ut Azor. tom. 1. l. 7. c. 41. q. ult. Suarez diss. 70. sect. 2. Dicastillo cit. d. 10. de Euch. n. 155. Alij denique cum Laymanno l. 5. tr. 4. s. 5. n. 9. & Palao de Euch. tr. 21. p. 15. n. 8. sic distinguunt: Aut jam semel illo anno accessisti sacramentum, aut non accessisti: si accessisti, non adest obligatio præveniendi: si non accessisti, adest; si quippe non prævenias, delinques contra præceptum non quidem paschalis, sed annuæ communionis; juberis quippe singulis annis adire convivium angelicum.

40 Hæc distinctio præsertim respectu prioris membri fuit mihi semper probata, & probo nunc quoque, *Quid*  
*si*

*Communic. Casus III. 25*

*si autem appetente tempore paschali offeratur præter opinionem opportunitas communicandi, teneberis illa uti?*  
Resp. Teneberis fatente Nugno, ac Palao; non teneberis arbitro Dianæ part. 3. tr. 4. resol. 42. cum Fernandez, & probabiliter quidem teste ipso Suario; quamvis oppositum ipse absolutè teneat. Dianæ assentior; quia tunc fecisti totum id, quod verosimiliter petisset à te ipse Legislator, si eum interrogasses.

*At hæc doctrina repugnat praxi communi; etenim parochi intentant pœnas Ecclesiasticas omnibus, qui cum possent, non obiêrunt tempore paschali Synaxin?* Resp. Ideò repugnat, quia & hic casus est rarissimus, & difficulter probatur in foro externo, fuisse priùs sumptam Eucharistiam, aut fuisse sumptam cum prævisione impedimenti certò moraliter (hanc enim conditionem exigo cum Nugno) superventuri. Itaque potiùs confessorio, quàm judici Ecclesiasti-

42 co inferviet hæc doctrina. Hoc indubitatum est, si certus sis, de fore tibi postremis diebus temporis paschalis copiam satisfaciendi præcepto capituli: *omnis utriusque*, oportere illud implere prioribus diebus; sicut qui die Dominica nequit interesse ultimo sacro, quod fit in sua urbe, tenetur, si possit, interesse prioriali cui.

43 **Q**Uæritur 3. *An repetendæ communionis onus impendeat illi, qui paschalem percepit indignè reus corporis, & sanguinis Domini?*

44 **R**esp. Probabilius est non impendere. Suarez, Tannerus, Cardinalis de Lugo *disp. 16. de Euchar. n. 82.* alij adversus Durand. & alios. Ratio est, quia talis præstitit totum id, quod ei præcepere Concilia Lateranense, & Tridentinum. *At nõnne Lateranense disertè decernit, esse Christum reverenter sumendum? Quæ autem adest reverentia, quando sumitur cum tanta irreverentia, ut à sumente avertat vultum abhorrentem,*  
*sicuti*

*ficuti noster casus testatur ? Resp.*  
Suadet illa Synodus reverentiam in-  
ternam, non præcipit; nam sicut de  
occultis non potest Papa divinare.  
text. cap. un. ut *Eccles. benef. sin. di-*  
*min. conf.* ita nec illa mandare. S.  
Th. 1. 2. q. 91 a. 4. Vide Card. de  
Lugo *loc. cit.* & maximè Dicastillo  
*cit. disp. 10. n. 177. & seqq.*

**Q**Uæritur 4. *An quovis die sit fas* 45  
*accumbere mensæ cœlesti ? Resp.*  
testatur Barb. de *parcho*, *prirt. 2. c.*  
*20. n. 16.* à sacra Cong. anno 1612.  
declaratum, id non licere die Para-  
sceves nisi infirmis. Sed Joan. Sanch.  
Layman, *Quintanadvenas tr. 4.*  
*Sing. 6.* & alij plures, qui diu post  
illam declarationem scripserunt, a-  
junt, id adhuc esse fas, & addit *Quin-*  
*ranad.* illam declarationem non ha-  
bere vim præcepti.

*At verò quid censet de feria V. in* 46  
*Cæna Domini ? Nonne omnes sacer-*  
*dotes tenentur eo die Corpus Christi*  
*sumere de manu sui Superioris repræ-*

*sentantis Salvatorem in ultima cena?*  
 Resp. Gavant in *Rubr. Miss. p. 4. tit. 1. n. 8.* refert verba Congr. id jubentis anno 1608. Verum Quinrad. *loc. cit. sing. 5.* negat & hanc declarationem habere vim legis, ob defectum unius, aut plurium conditionum necessariarum ad id, ut declarationes Cardinalium summi utique faciendæ, habeant vim legis; certè in Germania vel ignoratur, vel usu recepta non est ut obligatoria; siquidem Germani Theologi Coninck, Tann. Layman. Busenbaum agnoscunt, licere cuivis eo die privatim saltem celebrare. Imo testatur Dicastillo *tract. 5. de Euchar. disp. 4. n. 28.* illis 15. annis, quibus jam tunc in Germania vixerat, publicè eo die celebrasse, qui vellet. Verum plura hanc in rem intelliges in *Alphab. Sacrif. Cas. VI.* ubi plenè dissero de hoc argumento, referens praxes recentissimas diversorum Episcopatum.

*Communic. Casus III.*

Cæterùm licet mos obtineat, ut  
conformiter *c. Ecclesiastica dist. 23.*  
Sacerdotes, quando more Laico in die  
Cœnæ Domini communicant, sto-  
lam induant, huncque morem ser-  
vandum doceat Pax Jordanus *Elu-  
cubration. tom. 1. lib. 3. tit. 3. n. 83.*  
non tamen delinqueret saltem gravi-  
ter, qui non indueret. Barb. *de Par.  
cap. 20. n. 26.* post Henriq Bonac.  
alios testantes, alibi id non obser-  
vari.

**Q**Uæritur 5. *Verùm sit fas quâli-*  
*bet horâ diei communicare?* Resp.  
Est per se loquendo, cum oppo-  
situm non legatur, inquit Silv. *verb.  
Eucharist. 3. q. 12.* Potest itaque  
etiam sanus post meridiem; non ta-  
men vespere, aut de nocte est id ipsi,  
nisi ob gravem causam, faciendum,  
ob reverentiam Sacramenti, & me-  
tum scandali. Coninch, Palaus,  
alij.

**Q**Uæritur 6. *Quâ pœnâ plectantur*  
*negligentes communionem Pa-*  
*B 5 scba.*

schalem? Resp. Arcentur ingressu  
 Ecclesiæ, & privantur sacrâ sepultu-  
 râ, *cap. omnis utriusque de poenit. &*  
*rem.* Quæ poena cùm sit tantùm  
 sententiæ ferendæ, si ij moniti se si-  
 stant, non eam incurrunt; si non se  
 sistant, non sunt ideo à Parocho  
 arcendi ingressu Ecclesiæ, cùm hic  
 non habeat jurisdictionem in foro  
 exteriori, sed deferendi ad Ordina-  
 rium, nisi aliter habeat loci consue-  
 tudo. *Laym. cit. cap. 5. n. 10. No-*  
*stræ Synod. Constitutiones part. 1.*  
*tit. 8. n. 5.* in contumaces statuunt  
 privationem Matrimonij, ingressus  
 Ecclesiæ, sepulturæ, & *Communio-  
 nis fidelium,* voluntque, ut eorum nomi-  
 na in scriptis deferantur ad Episco-  
 pum, vel ejus Vicarium. Et jure qui-  
 dem, etenim neglectus hujus Cænæ  
 Magnæ est argumentum animi, illam  
 vel nauseantis ex contemptu, vel fasti-  
 dientis ex humore noxio, & non ex-  
 pellendo nisi amara hac potione.

Quoties Communicandum?

Casus IV. Natalitius.

**D**ositheus Soc. IESV sacerdos 50  
emissurus cum esset Professionem ipso Natali Christi Domini, fuit dubitatum, an liceret ipsi de nocte facere sacrum unum, alterumve, ommissa ablutione, ac postea de die, & de more Societatis sacram hostiam sumere de manu illius Patris, in cuius manibus erat Professionem emissurus.

**Q**uæritur jam 1. An fuerit meritò 51  
dubitatum? Resp. cum P. Anton. de Quintanadvenas teste hujus rei Singularium tr. 4. sing. 9. affirmativè; nam reverà non licuit; concors enim D d. sententia damnat peccati moralis illum, qui bis de die sumit sacram Eucharistiam; quia consuetudo prohibitionem factam in c. te referente de cel. miss. ne sacer-

dos plùs quàm semel in die sacrificet,  
extendit etiam ad Communionem.

§ 2 *At licuit illi Patri eo die facere ter sa-  
crum, cur non & semel, ante vel post  
communicare more Laico? Quia ea-  
dem consuetudo Canonem consu-  
luisti, de celeb. Miss. permittentem  
à quovis sacerdote ter celebrari in die  
Natali, intelligit propriè & rigide de  
ipso sacrificio solo, Lugo, Quinta-  
nad Vasq. alij.*

§ 3 *Quæritur 2. An igitur nullo alio  
die fas sit bis facere sacrum, aut  
bis Commuicare? Resp. Fas est 1.  
quando quis ante prandium sanus  
communicavit, at post prandium  
morbo lethali corripitur, ut Cas. XII.  
explicabimus. 2. quando accidit u-  
nus ex illis casibus, quibus vel ex  
omnium, vel ex optimorum Theolo-  
gorum autoritate constat, licere ei-  
dem sacerdoti bis operari sacris, ut  
E. G. quando præest duabus paro-  
chijs, poterit etiam diebus profestis,  
¶ solet tunc à sat multis frequentari*

Quoties Communicandum?

Casus IV. Natalitius.

**D**ositheus Soc. IESV sacerdos 50  
emissurus cum esset Professionem ipso Natali Christi Domini, fuit dubitatum, an liceret ipsi de nocte facere sacrum unum, alterumve, ommissa ablutione, ac postea de die, & de more Societatis sacram hostiam sumere de manu illius Patris, in cuius manibus erat Professionem emissurus.

**Q**uæritur jam 1. An fuerit meritò 51  
dubitatum? Resp. cum P. Anton. de Quintanadvenas teste hujus rei Singularium tr. 4. sing. 9. affirmativè; nam reverà non licuit; concors enim D d. sententia damnat peccati moralis illum, qui bis de die sumit sacram Eucharistiam; quia consuetudo prohibitionem factam in c. te referente de cel. miss. ne sacer-

dos plùs quàm semel in die sacrificet,  
extendit etiam ad Communionem.

§ 2 *At licuit illi Patri eo die facere ter sa-  
crum, cur non & semel, ante vel post  
communicare more Laico? Quia ea-  
dem consuetudo Canonem consu-  
luisti, de celeb. Miss. permittentem  
à quovis sacerdote ter celebrari in die  
Natali, intelligit propriè & rigidè de  
ipso sacrificio solo, Lugo, Quinta-  
nad Vasq. alij.*

§ 3 *Quæritur 2. An igitur nullo alio  
die fas sit bis facere sacrum, aut  
bis Commuicare? Resp. Fas est 1.  
quando quis ante prandium sanus  
communicavit, at post prandium  
morbo lethali corripitur, ut Cas. XII.  
explicabimus. 2. quando accidit u-  
nus ex illis casibus, quibus vel ex  
omnium, vel ex optimorum Theolo-  
gorum autoritate constat, licere ei-  
dem sacerdoti bis operari sacris, ut  
E. G. quando præest duabus paro-  
chijs, poterit etiam diebus profestis,  
¶ solet tunc à sat multis frequentari*

templum, de licentia Superioris litare bis, ut consultus respondit Card. de Lugo, in resp. Moral. l. 1. dub. 12. & pluribus differetur in Alphabeto sacrificantium Casu VI. Item probabiliter quando est pro moribundo conficiendum Viaticum, ut dicitur Casu 18.

Quæritur 3. An si confessarius pœnitenti pro pœnitentia imperet, ut toties aut toties sacram mensam adeat, delinquat hic non parendo illi? Resp. quavis id neget Joan. Sanch. d. 23. n. 8. eò quòd hic non possit ab illo adigi ad procurandam animi puritatem; ego suppositâ communi, atque in Trid. concil. sess. 14. c. 8. fundatâ sententiâ, quòd pœnitens teneatur admittere, perficerêque rationabilem pœnitentiam à Confessario injunctam, censeo non rectè sentire hunc Autorem, sicut nec in pluribus alijs particularibus quæstionibus de communione, quemadmodum restatur ejus perquàm studiosus cætero-

quin Diana p. 2. tr. 14. ref. 79. Nam repugnat & iudicio, usuique confessoriarum, & praxi Ecclesiæ paschalem omnibus Christianis, frequentem Religiosis imperantium, & rationi demonstranti, si potest injungi confessio, posse & communionem, cum utraque sit aliquid sensibile.

- 55 Proinde quia obligatio votorum, pœnitentiæque sacramentalis debet æstimari ex comparatione cum obligatione, quam invehit lex humana lata de eadem materia. Sanch. l. 4. mor. c. 11. n. 31. & 36. lex autem humana de communionem paschali astringit sub mortali, ut docent omnes, & patet ex pœnis in transgressores statutis cap. *omnis utriusque*, idcirco adstringit & Confessorij præceptum de illa, nam particularia decreta sunt intelligenda secundum modum generalium c. *ex litteris de constit.*

- 56 Quia tamen licet unicuique, rei suæ modum ponere, l. *in traditionibus*

bus ff. de pact. erit penes confessarium sub gravi aut levi reatu imponere illam actionem. *Quid si dubitem de intentione confessarij?* Illum interroga, nam verborum suorum quisque est optimus interpretes. c. inter alia de sent. excommuni. ut unde jus prodit, inde & interpretatio sequatur. ididem. Sed nequeo adire Confessarium. Ergo si Epulum Eucharisticum negliges, existima te lethalem culpam contracturum ob causam allatam. Quanquam si ex 8. vel 10. injunctis communionibus unam ommitteres, me arbitro posses benignius præsumere de tui confessarij clementia; certè de me.

*Igitur consequenter dices, illum, 57 qui omisit communionem præscriptam à confessario, teneri eam proximè compensare, sicut tenetur Paschalem?* Resp. dicam, sed non solus, nam in terminis hoc dicit tr. 23. p. 21. n. 13. P. Ferd. de Castro Palao, quem recentissimus Canonista D. Pax Jordanus

danus Epif. Traguriens. in Dalma-  
tia *loc. cit. n. 79.* meritò vocat erudi-  
tissimum.

58 **Q**Uæritur 4. *An hac ætate expe-  
diat, ut omnes sæculares utriusque  
sexûs quotidie fiant Christi convivæ?*  
Resp. Licet Joan. Sanch. omnibus  
ingenij viribus pugnet in *select. disp.*  
22. & *seqq.* id expedire nunc quo-  
que, & sine dubio per se loquendo sit  
consultius quotidie, quàm rariùs frui  
epulo Angelico, ut fatentur omnes,  
quia tamen in pronunciando, utrùm  
aliquid hîc & nunc expediat, maxi-  
mi faciendum est iudicium commu-  
ne prudentium, nam non solum fa-  
ciliùs invenitur, quod à pluribus  
quæritur. *c. ult. dist. 20.* sed insuper  
integrum est iudicium, quod pluri-  
morum sententiâ comprobatur, *c.*  
*extra dist. 64.* videmus autem Pla-  
tones, & Catones hujus sæculi cen-  
sere post S. Th. *a. 10.* esse è majore  
bono plerorùmque sæcularium, &  
publico, si non toties frequenterur  
mensa

mensa divina, idcirco non est in pra-  
xi sequenda generaliter doctrina San-  
chezij, sed illis solis suadenda, quos  
experientia docet, solere in virtuti-  
bus proficere quotidianâ Commu-  
nionem. Utinam omnes pareant pa-  
ternæ adhortationi nostrarum Const.  
Synod. loc. cit. monentium, ut sal-  
tem in solennioribus festivitatibus  
hunc immensum cælestium divitia-  
rum thesaurum sumant.

Lege, si placet, Cardinalem de Lu-  
go *disp. 17. de Eucharistia n. 15. ac*  
*seqq. itémque Dicastillo de Eucharis-*  
*tia tr. 4. disp. 9. dub. 18. firmantes*  
rationibus, atque validis authorita-  
tibus hanc nostram responsionem,  
defendentes, explicantesque regu-  
lam XXVI. Sacerdotum nostro-  
rum hos monentem, ut quos viderint  
propensos ad *frequenter communi-*  
*candum*, admoneant, ne crebrius,  
quàm, octavo quoque die accedant,  
præsertim si matrimonio sunt con-  
iuncti.

Quam

61. Quam moderationem censet Dicastillo n. 422. inde ortam, quòd nascente societate fuerit extra Pascha rarissimus usus sacræ communionis, quemadmodum nos docent nostri annales, & ego ipse per sæpe audiui olim ex ipsis sæcularibus ætate pro-  
 vectis, qui non dubitabant affirmare, sacram mensam in suis urbibus à pluribus hæc ætate frequentari intra mensem, quam Patrum suorum memoria per totum annum extra Paschale tempus. Ne ergo adhuc magis exacerbarentur animi plurimorum, qui perægrè (sicuti tempore Joan. Avilæ Antistites Hispani, ut legere est in ejus vita cap. part. 2 §. 8.) ferebant, inductam à nostris consuetudinem contrariam usui pristino, censuerunt nostri majores, eam esse ita temperandam, ut non sæpius, quam octavo quoque die permitteretur accessus sacræ mensæ, permitteretur, inquam, ordinariè, nam extraordinariè, adeoque propter festum  
 occur-

occurrens in hebdomada permittitur facile à nostris ille accessus.

Quid si autem confessarius pœnitenti ritè absoluto prohibeat quandoque, ex causa, quam censet sufficientem, ne sumat corpus Christi; tenebiturne pœnitens parere? Rep. Licet Joam. Sanchez d. 28. n. 10. expresse neget confessario jus interdicendi communionem, præterquam in casu, quo pœnitens est in statu peccati mortalis, idque etiam tradant Marzilla, & Maurus de Valle, apud Dicastillo. tr. 4. de Euch. dub. 18. attamen idem Dicastillo tum auctoritatibus, tum exemplis, tum rationibus ita manifestè ostendit, hanc doctrinam esse rejiciendam, ut censeam, non esse à quodam pœnitente adeundam Synaxin, quando id ipsi veruit, aut dissuasit, confessarius, quem scit haberi pro docto, pio, prudente.

Sicuti viceversa noster P. Georgius de Rhodes tom. 2. Theologiæ scholasticæ edito primum anno 1661.

præ-

præcedente *disp. 1. de Euch. q. 3. sect. 4. ff. 4.* demonstrat, errare quendam Gallum dogmatistam, qui omnibus laicis interdicit quotidianam communionem. Rectius dixeris cum eodem Rhodes *ibid.* paucissimos omnino esse, quibus quotidiana communio possit à prudente confessario permitti, paucissimos, quibus hebdomadaria prohiberi, nullum, cui menstrua non consuli.

*Vbi Communicandum?*

## Casus V. Cathedralis.

64. **E** Vlalia mulier, cum dissidia aliqua cum suo parrocho habuisset, adveniente paschate abiit ad Ecclesiam Cathedralis, in qua fuit confessa Pœnitentiario ejusdem Ecclesie, ibique statim Eucharistiam recepit, ut satisfaceret præcepto Communionis paschalis; Vicarius tamen Generalis postea contra eam procedere volebat, eo titulo quòd Ecclesie præcepto

pto non satisfecisset, & conquesta apud Pontificem, quòd injustè à Vicario Generali vexaretur; cùm revera utriusque Sacramenti præcepto satisfecisset.

Ita in terminis loquitur, ac refert 65  
Cardin. de Lugo *l. 1. resp. mor. dub. 15.*

**Q**Uæritur jam 1. *Vtrum Eulalia* 66  
*peccaverit, nec ne?* Respon-  
det Cardinalis, non peccasse confi-  
tendo Pœnitentiario, utpote repræ-  
sentanti Episcopum, peccâsse autem  
communicando illic, cùm neque Ar-  
chipresbyter, neque Parochus Cathedra-  
lis habeat jurisdictionem in to-  
tam urbem. Placet mihi utraque  
responsio, licet in posteriore, quam  
etiam approbant Bonacina *q. 7. punct. 2. n. 11.* & Dicastillo *tr. 4. de Euchar. disp. 10. n. 170.* dissen-  
tiant Barbosa de *paroch. c. 20.* Pax  
Jordanus *Elucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 3. n. 81.* quibus utique assentior  
casu, quo ipsemet Episcopus mini-  
strat

strat Eucharistiam; ipse enim est Pa-  
rochus parochorum. *c. præcipimus*

67 12. q. 1. Absolutè autem sequenda  
non est horum Doctorum opinio no-  
stris Constantiensibus, vel accolis,  
præsertim cum in Constit. Synod.  
*p. 1. tit. 8.* sanciat, ne absque pa-  
rochi licentia alibi, quàm in paro-  
chiali Ecclesia fiat paschalis commu-  
nio: foret autem optandum, ut ali-  
cubi sanctiùs observaretur hæc san-  
ctio; cujus, uti & propositi Casus  
occasione.

68 **Q**Uæritur 2. *An per se loquendo*  
*delinquat, qui Paschalem com-*  
*munionem percipit extra suam Eccle-*  
*siam parochialem? Resp. Non. Lu-*  
*go l. c. Quintanad. sing. 12. nam*  
*nulla lex hoc absolute præcipit. Pro-*  
*ducatur textus juris. At nunquid*  
*mortaliter peccat, qui non percipit*  
*eam de manu parochi? ubi autem*  
*percipiet nisi in Ecclesia parochiali?*  
*Resp. Ita sanè, delinquit, ut ex cap.*  
*amnis supra descripto pronunciant*

Theo-

Theologi, & Canonistæ. Verùm 69  
 potest parochus eam præbere in pri-  
 vato sacello, vel dare potestatem ce-  
 lebrandi alibi Pascha Christianorum.  
 Nec ejus factum, aut data responsio  
 videtur adversari menti Constitut.  
 Synodaliũ.

Est tamen Ordo Religiosus, cujus 70  
 alumni quot annis jubentur appe-  
 tente tempore Paschali monere suos  
 pœnitentes, ut semel obeant eo tem-  
 pore communionem *in propria quis-*  
*que parochia*; *delinquentne in suam*  
*Regulam, qui monent?* Resp. Non,  
 nisi vel interrogentur, vel peculiarem  
 ob causam suspicentur, aut credant,  
 pœnitentem esse transgressurum le-  
 gem Ecclesiasticam. Cum enim 71  
 paucissimi ignorent prædictam ob-  
 ligationem, illa autem quæ raro eve-  
 niunt, non temere in negotijs agen-  
 dis computanda sint *l. ea quæ ff. de*  
*reg. jur.* non est cur confessarij illius  
 Ordinis faciant communiter, & ul-  
 tro ejusmodi monitionem. Equi-  
 dem

dem lex nulla obligat ad actus otiosos *l. quoties 2. ff. de reb. dub.*

- 72 *Sed negabitne confessarius absolutionem renuenti se sistere parochio, ejusve locum tenenti?* Resp. Vel solet sæpius per annum Sacram Euchari-  
stiam refici, idque in ecclesijs Regularium, adducique nequit, ut eam percipiat in propria ecclesia, & tunc rationabiliter præsumi potest, parochum condescendere ejus infirmitati. Layman. c. 7. n. 3. juxta illud Pauli: *Patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros Eph. 6.* Vel non habet morem nisi semel iterumve in anno communicandi; & tunc debet ei severius præcipi, ut parochiam adeat. Layman. l. c.

- 73 *Quid si non pareat, sed alibi Pascha celebret?* Resp. peccabit quidem lethaler. Bonacina *disp. 4. q. 7. p. 2.* Palaus p. 15. n. 10. & alij apud ipsos, absolute negantes, præcepto paschalis communionis aliter satisfieri, quam sumendo illam de manu proprij

prij parochi, aut ab eo habentis potestatem ; quia tamen existimat, & meo iudicio rectè Tann. cit. disp. 5. q. 8. n. 124. talem ei præcepto satisfacisse quoad substantiam, licet non quoad modum, idcirco probabiliter infert hic auctor, non esse adigendum ad repetendam in propria parochia communionem ; repetendam, inquam, post tempus paschale, nec enim dubitari debet, quin ad hanc repetitionem durante tempore paschali faciendam sit adigendus. Palaus p. 19. n. 5. & alij. Idem Tannerus etiam 74 rectè subdit, sacerdotes satisfacere integre eidem præcepto, ubicunque tandem tempore paschali celebrent. *At quid si communicent more laicali?* Non satisfaciunt. Palaus p. 15. n. 10. & alij disertè loquentes de solo celebrante.

**Q**Uæritur 3. *quid de advenis, peregrinis, viatoribus hic sentiendum?* Resp. Si ob distantiam nequeant accedere propriam parochiam

C

am

am, licitè communicant in eccle-  
 sijs Regularium. Laym. l. c. Palaus.  
 Fag. alij contra Barb. Bonac. alios.  
 Etenim licet se possint subijcere pa-  
 rocho loci, in quo existunt, attramen  
 non faciunt ei ullam injuriam subtra-  
 hendo se illi, nam nullus videtur do-  
 lo facere, qui jure suo utitur. *l. nullus*  
*ff. de reg. jur.* Sed nunquid tenentur  
 illi advenæ alicubi tunc id facere, si  
 nequeant commodè domum excurrere  
 seu redire? Resp. Autores, quos  
 legi, solum dicunt eos posse, nullus  
 debere extra suam parochiam com-  
 municare.

- 76 Putem tamen hîc locum habere il-  
 lud axioma Navarri *de horis Canonicis*  
*cap. 10. Qui non potest aliquid facere*  
*eo modo, quo jubetur, tenetur facere eo*  
*modo, quo potest.* Ergo advenæ, ac  
 viatores; qui prævident, sibi non fore  
 ullâ parte anni copiam percipiendi  
 Eucharistiam in sua parochia, obli-  
 gantur percipere illam alibi. Equi-  
 dem

dem existimo, omnes Ordinarios ita responsuros, si interrogarentur.

Adde quod nostri discipuli celebrant in nostri Ordinis templis suum Pascha, ferè ubique consuetudine id obtinente; quæ tamen nescio an ubique sive in ordine ad nostra templa, sive ad aliorum Regularium vigeat respectu famulorum, per majorem anni partem servientium in aliqua urbe. Soleo ego tales, quoad possum, inducere, ut adeant suas parochias, quia jura DD. parochorum tueri, & offensionum occasiones avertere decet magnopere Religiosos, qui se fatentur humillimos esse adjutores Cleri sæcularis, juxta Clement. 1. de sepult. §. numerus, & §. verum; cum præsertim Tannerus q. 8. n. 124. videatur absolutè assentire Emmanuel sua testante, laicos servientes, Regularibus teneri ex decreto Congregationis id facere.

At, *estne permissum Religiosis, ut ipso die Dominicæ R. resurrectionis publice*

*blicè ministrant Eucharistiam accedentibus ?* Affirmant Suar. Palau Tamburinus, *de jur. abb. tom. 1. Pax Jordanus lib. 3. tit. 3. n. 79.* adversus Navar. Azor. alios 1. quia contraria sententia est minùs devota; nam cum eo die plebs concurrat ad communionem satis numerosè & parùm devotè, hinc fit, ut piæ personæ non accedant ad Parochiam, unde Eucharistiam non sumerent, nisi Religiosi illam ipsis administrarent. Ita de suis Dalmatis, & Italis ratiocinatur Episcopus Pax *loc. cit.*

- 79 2. Quia Pontifices dantes Regularibus facultatem quibuscunque Eucharistiam ministrandi, præterquam *in festo Paschatis Resurrectionis Dominicæ* utuntur hâc phrasi in sensu formali, non materiali, intelligentes illum diem, quo quis debet satisfacere præcepto Capituli: *omnis utriusque*; hâc enim ratione satisficit intentioni Pontificum, volentium conservare jura Parochorum, cui intentioni verba

ba deservire debent, non intentio  
verbis, inquit Cælest. Papa relatus  
*c. humanæ aures 22. q. 5.*

Verùm hæc sententia sustineri ne- 80  
quit, ubi usu recepta est declaratio  
Cardin. relata à Gallimart. in Trid.  
*sess. 13. Can. 7.* Quam quidem no-  
vimus passim in Germania non ob-  
servari, & proinde nullo modo de-  
linqui à non observantibus. Exci-  
pio Friburgenses Helvetios, apud 81  
quos rigor illius declarationis est in  
usu perpetuo, sicuti viceversâ nostra  
Collegia Oenipontanum, & Hallen-  
se in Tirolì ex clementissima gratia  
Reverendissimi, atque Illustrissimi  
Principis, & Episcopi Antonij, nunc  
vigilantissimè Ecclesiam Brixinen-  
sem regentis, ejusque plurium Illu-  
strissimorum antecessorum, admini-  
strant omnibus diœcesanis commu-  
nionem etiam paschalem. Quod qui-  
dem privilegium singularem ob cau-  
sam in Diplomatum expressam vi-

get hodiè que, nullo Dominorum pa-  
rochorum contradicente.

*Pueris an Communicandum?*

## Casus VI. Gratiofus.

82 **F**Landriæ oppido natus Achas  
puer longè optimus, nondum ex-  
pleto septennio appropinquans  
morti confessus sacerdoti, Sacramen-  
tum corporis Christi postulavit. Sed  
cùm hoc propter Generalis Concilij  
(verba refero historici) vetitum, ne  
in ætate tali conferretur, sacerdos fa-  
cere non auderet, puer cum mira oris  
gratia extensis in cælum manibus dixit:  
Tu nōsti Domine JESU CHRISTE, quòd  
meum summum desiderium est, te  
habere: petivi te, fecique quod de-  
bui, & spero confidentiùs, quòd tui  
præsentia non frustrabor. His di-  
ctis parentes consolatus, ad meliora  
provocans inter verba exhortationis,  
laudis, & orationis spiritum Deo red-  
didit impollutum. Post mortem ejus,  
cùm

tion ad sepulchrum illius stantes quidam de Fratribus (Minoribus) psalmum De profundis dicere voluissent, nullo conatu eum finire potuerunt. videlicet ut per hoc daretur intelligi, nullis illam sanctam animam orationum suffragijs indigere.

His omnino verbis Casum illum 83 Eucharisticum describit Thomas Cantipratanus l. 2. Apum c. 28. §. 7. Editionis Duacensis, cujus occasione merito.

Quæritur generatim 1. quâ ætate 84 pueri sint adhibendi divino epulo?

Resp. Cùm usûs longævi non sit levis autoritas. c. cùm consuetudo de cons. usus autem obtineat, ut octennes, novennes non compellantur ad synaxin, ideò parentes & alij Superiores non delinquent, si in tam tenera ætate non compellant suos.

Dominicus Sotus in 4. dist. 12. q. 1. a. 11.

Sed habeo domi filium novennem 85 præcocis ingenij, & judicij; nam so-

let loqui cum reflexione ; solet dictorum suorum rationes non profus pueriles reddere ; & cum esset septennis, jam callebat plures artes circumveniendi adultiores se , imponendi mihi, & Ludimoderatori, ac poterat id ætatis congruè repetere pleraque omnia, quæ in Catechismo explicata fuerant, *an non igitur is, alique similes comprehenduntur lege Communio- nis, perinde ac Confessionis ?*

86 Resp. Licet hæ circumstantiæ persuadeant, ejusmodi puerum esse inter Germanos ( nam Italis maturius siccat cerebellum ) annumerandum ijs, de quibus Socrates : *Odii pueros præcocis ingenij*, quia scilicet hi non solent esse longævi, ob properatam cerebri exsiccationem, non tamen graviter delinquit, si adhuc unum alterumve annum abstineat se

87 à sacra mensa. 1. Nam ad ea debet aptari jus, quæ frequenter eveniunt. *l. nam ad ea ff. de leg.* 2. Dominicus Sotus *l. c. Valent. d. 6. q. 8. p. 4.*  
& alij

& alij negant, præceptum annuæ communionis extendi ad nondum egressos annum ætatis 11. quamvis Suar. l. c. aliique complures haud sanè absque ratione distinguant inter prudentulos, & simplices; ac proinde nec confessarij, nec parentes debeant facilè talibus jam emunctioris cerebri negare facultatem annuæ Communionis.

Nihilominus circa pueros providè 88 observabitur duplex regula generalis. 1. Potest differri Communio Paschalis in unum, alterúmve annum, postquam est quis satis intelligens rerum, ad illam ritè obeundam spectantium. Suar. d. 70. sect. 1. Palauus tr. 21. p. 10. Pax Jordanus lib. 3. tit. 3. atque alij contra alios. Et enim decet, ut ad usum hujus Augu- 89 stissimi mysterij, singularem reverentiam, toties à nostris Synod. Constitit. inculcatam exigentis, hisce præsertim temporibus calamitosi, quibus hæreticis profanatur, oppugna-

tur contemnitur, ut loquuntur eadem Constit. Synod. p. 1. t. 3. non obligentur pueri tam immaturi.

- 90 Altera regula. Non delinquent. qui sui territorij morem secuti abstinent divino epulo usque ad annum ætatis 14. Cajet. V. *communio*, Hen. alij contra alios. Quia licet consuetudo, quæ Canonicis obviat (sicut hæc obviare viderur) institutis, nullius debeat esse momenti *cap. ad nostram de conf.* potest tamen multis in locis probabiliter ignorari jus præcepti Ecclesiastici, & si hîc est, sicut verosimiliter est, Divini. Certè nostræ Synod. Constit. l. c. n. 11. satis insinuant, in hoc totius Europæ amplissimo, & fortè populosissimo Episcopatu haud rarò fieri, ut ante adolescentiam non incipiant gustare hoc manna absconditum. Laudandi Parochi, qui hunc morem, ubi plebs est docilior, emendare student, inculcando illa, quæ eadem Synodus n. 12.

*Communic. Casus VI.* 77

fapienter, ac providè monet esse rudi-  
bus proponenda, exponenda.

Quæritur 2. *An quæ hactenus di-* 92  
*cta sunt in partem mitiorom, lo-*  
*cum etiam habeant in pueris moribun-*  
*dis?* Resp. Habent, si credimus  
Navarro c. 21. n. 57. Valq. loc. cit.  
ac pluribus, raris obligationem divi-  
ni præcepti ad communionem non  
citiùs oriri, quàm Ecclesiastici. At  
Suarez, Palaus, Tann. Georg. de  
Rhodes tom. 2. *Theol. scholast. d. 1.*  
*de Euchar. q. 3. sect. 4. §. 2.* alij cen-  
sent, omnem sacramentalis confes-  
sionis capacem puerum, esse in extre-  
mis necessariò muniendum sacro-  
viatico. Hæc sententia est magis 93  
pia, & ubi commodè potest in usum  
redigenda, præsertim si petat puer  
octennis, novennis; nam cui Sacra-  
mentum Pœnitentiæ conceditur, ne-  
que Sacramentum Eucharistiæ ne-  
gari debet, si petat, inquit Laym. l. c.  
cap. 4. desumens hanc regulam ex  
cap. penultimo 26. q. 6. sed ego de-

sumo ex cap. 6. ejusdem tituli, ubi ita statuitur: *Siquis de corpore exiens novissimum, & necessarium Communionis viaticum expetit, non ei denegatur.* Nolim tamen damnare secus facientes, ut jam dixi superius.

94 **Q**Uæritur 3. *An in responsionibus superioribus non sit facienda distinctio inter pueros & puellas?* Resp. Non faciunt Theologi hæctenus nominati, facit tamen singulariter post Cordubam Joan. de Chapeaville de Sac. ministr. tempore pestis c. 4. q. 9. excusans parochum, qui pueros peste infectos non munit viatico ante annum ætatis 14. vel 15. & puellas non ante 12. vel 13. Quæ doctrina est practicè probabilis, & conformis menti aliorum, qui ut referemus n. 114. rectè censent, puellas, sicuti citius pubescunt, ita etiam citius solere sapere, quàm pueri. Quam ob rem dicendum esset, eas citius obligari hæc lege Divinâ & Ecclesiasticâ quàm pueros; sed quis niteretur contra torrentem

rentem alicubi rapidum, & turbidum?

Dixisti de ætate quâ oporteat, du- 95  
bito de illa, quâ liceat frumenti Ele-  
ctorum se participem facere? Resp.  
Tamen Concil. Matisc. 2. a. 588.  
statuerit, ut Innocentes reliquias  
sacrificiorum vino asperfas indicto  
eis jejunio absumerent, præsentium  
tamen temporum usus qui maximè  
spectandus l. semper 54. ff. de reg.  
jur. non permittit cuiquam Eucha-  
ristiam porrigi ante adeptum ratio-  
nis usum.

Licet etiam S. Th. l. c. a. 9. italo- 96  
quatur: Quando pueri incipiunt ali-  
quem rationis usum habere, ut possint  
devotionem concipere hujus Sacramen-  
ti, potest eis illud conferri, censent ta-  
men hujus ætatis sapientes, & reli-  
giosi viri, jam non convenire, ut se-  
prennes, vel octennes pueri, puellæ-  
ve, quantumvis ita informati, ut di-  
scernere queant inter hanc mensam  
Angelicam, & humanam, admittan-

- tur ad illam extra articulum mortis.
- 97 Fortè quia experientia efficax rerum magistra, ut dicitur cap. *quàm sit de lect. in 6.* docuit, cum ad venerationem hujus Sacramenti, tum ad solidum, constantemque profectum illo fruendum facere, si non admittatur tam tenera ætas.
- 98 Quia tamen nullum extat prohibitivum hujus rei præceptum, omnia autem sunt licita, quæ nulla lege sunt prohibita. Nellus *de teste n. 1.* & Angelici Doctoris judicium est maximi faciendum, idè non damnarent ullius per se peccati, qui sequutus opinionem Joannis Sanch. præberet Eucharistiam puero septenni, scienti distinguere jam inter bonum & malum; nemini tamen sim autor id faciendi extra mortis articulum; certè Rhodus *loc. cit. §. 3.* pronunciat, sententiam Joannis Sanchez non videri ullo modo probabilem.
- 99 Quæritur 4. *Quid igitur pronuntiandum de parocho, qui puero A-*  
*cbas*

chas efflictim postulanti diviniſſimum  
viaticum negavit? Et negavit ob  
interdictum Concilij Generalis, ut re-  
fert historicus? Resp. Ego quidem  
non damno illud factum, utpote  
quod videam eſſe conforme iudicio  
virorum ſapientum, ac noſtri Ger-  
mani vulgari diverbio ferant, eſſe de  
rebus peractis optimè, ſeu benignè  
loquendum; ſi tamen me rogaret il-  
luſtris pietatis, atque innocentiaẽ  
puer, ut fuit Achas, ducerem mihi re-  
ligioni negando ejuſmodi angelo  
terreſtri panem Angelorum, licet nec  
dum explèſſet annum ætatis ſepti-  
mum. Cur enim ſummo, & verè  
cæleſti ſolatio privarem animam  
piſſiſſimam, tam notæ virtutis & pru-  
dentiaẽ, ut ſic loquar, ſciens eſſe tot  
DD, atque inter hos ipſum Angeli-  
cum ſuprà n. 26. qui meum factum  
probaturi eſſent?

Nec me terreret Concilium Gene-rale, quia parochus ille utique intel-  
legebat Concilium Lateran. ſub In-  
noc.

noc. III, nam & nullum aliud Ge-  
 nerale innuit quidquam de ætate, &  
 istud fuit celebratum anno 1215.  
 Achas autem sanctissimè obiit anno  
 1220 ut loquitur, ac testatur Auber-  
 tus Myreus *in fastis Belgicis ad 11.  
 Junij*; atqui istud nil obstat, quia  
 cap. 21. ex quo desumptum est Ca-  
 pitulum *Omnis utriusque sexûs* & de-  
 scriptum *Casu 3.* non vetat quid-  
 101 quam, sed præcipit. Nec obest,  
 quòd loquatur de illis, qui ad annos  
 discretionis pervenerunt, siquidem  
 compellendo hos ad sacram Synaxin  
 in paschate non arcer alios ab ea in  
 agone. Adde quòd Achas ille in ea  
 sua infantia majorem hujus divinis-  
 simi Mysterij, aliarumque rerum sa-  
 crarum habuerit notitiam, quàm ple-  
 rique proximi pubertati, ut liquet ex  
 mirificis ejus factis, quæ idem Canti-  
 pratanus describit per plures §§.  
 102 Hinc etiam ægre negarem viati-  
 cum efflagitanti illud infanti tam  
 egre

egregiè pio, & præmaturi indicij,  
quam fuit is, de quo hîc.

Casus, & paradigma præcocis  
ingenij.

**L**eonardus Lessius prima litterarum elementa puerulus adhuc aded adamavit, ut cibo & somno, imò & lusui horas surriperet, & teneras adhuc suas manus ad exilem candela calore contra rigentem hiemem sub noctem forveret, ne brevi ad communem domesticorum ignem (fornacibus enim carent Belgæ) accessione exiguum temporis jacturam faceret. Vix sexenni parentum obitus studiorum cursum interceptit, sed vicit ipse tantillus, sibi ipse jam quasi Tutor apud Tutores suos intercedens, ut ad ultimum assen potius universam suam hereditatem expenderent, quàm à litteris amoverent.

Ita scribit autor compendij vitæ 103  
Lessianæ cap. 1. præmittens, illum,  
puer

puerulum adhuc, fuisse tam piâ religione, ita crebrò jejunâsse, tam assidue precatum, atque in templo, & alibi ita versatum fuisse, ut popularibus suis *Propheta* nominaretur.

104 Ejusmodi, ut dixi, infantibus, haud negarem viaticum si peterent, tum propter allatam superiùs rationem, tum quia rectè dicuntur pervenisse ad annos discretionis. Sanè si hi duo pueruli, itémque B. Aloysius Gonzaga, S. Antonius, S. Catharina Senensis, B. Agnes de Monte Politiano, decimo quinto anno ætatis creata Priorissa, atque alij, quorum præmatura prudentia laudatur, fuissent in agone confessi aliquod peccatum veniale, debuissent sine omni dubio sacramentaliter absolvi; ergo & Eucharistiâ refici, vel debebant vel certè poterant, cum certum sit, jus divinum, & canonicum ijs patrocinari potiùs, quàm adversari.

**Q**Uæritur 5. *An quoniam hâc æta-* 105  
*te Pontificia liberalitas tot Iubi-*  
*læa nobis offert, etiam tunc pueri,*  
*puellæve septennes excludendæ? Resp.*  
 Sequor monitum magni Ambrosij  
 descriptum c. illa. dist. 20. *Ad*  
*quamcunque Ecclesiam veneris, ejus* 106  
*morem serva, si non vis cuiquam esse*  
*scandalo, nec quemquam tibi. Est*  
*autem, nî fallor, Ecclesiarum, in qui-*  
*bus fui, mos, ut neque tunc convivio*  
*Angelico adhibeantur septennes. At*  
*carebunt bonæ animulæ fructu Iubi-*  
*læi? Resp.* Non carebunt, Con-  
 fessarius quippe habet jus commu-  
 tandi communionem in aliud opus;  
 ut declaravimus in tract. *de Iubilæo*  
*duplici*; ubi insuper ex Henriq. &  
 Layman. observavimus, posse id  
 temporis citiùs quàm aliàs admitti,  
 non tamen omnes doli capaces, ut  
 vult Crucius apud Dianam.

**Q**Uæritur 6. *Quando est in supe-* 107  
*rioribus casibus dubium de gradu*  
*discretionis huc sufficientis, aut re-*  
*qui-*

*quisitæ, quisnam litem dirimere de-*  
*beat?* Respondet Joan. Sanch.  
*disp. 26. n. 22.* quando parentes as-  
 serunt filium habere satis iudicij, ac  
 notitiæ, parochus autem, vel Con-  
 fessarius contrariū sentit, hos debere  
 non parentum, sed suo arbitrato sta-  
 re; parentum autem & non suo,  
 quando ij negant esse capacem, mo-  
 dō sint probi, & non iudicent cæci  
 de coloribus, Suar. *dis. 70. sect. 2.*  
 scribit, solum Parochum debere esse  
 pro Communione paschali iudicem,  
 eò quòd videatur id satis clarè tradi  
 cap. *omnis utriusque* ac *sect. 1. ejus-*  
*dem disp.* remittit iudicio parentum,  
 & confessarij, sicut & Jordanus, Car-  
 din. de Lugo apud Dian. *p. 5. tr. 3.*  
*res. 44.* arbitratur in dubio de suf-  
 ficiente usu rationis, & cognitionis,  
 posse morituroenti illud porrigi. Con-  
 208 *suetudo horum temporum* permittit  
 stari à puero sententiâ Confessario-  
 rum, parochorum, aut parentum in-  
 discriminatim, Foret optandum,

ut ubique servaretur, quod in hac urbe Constantiæ laudabiliter hætenus factitatum est, ut scilicet sub medium Quadragesimæ pueri puellæque decennes, undecennes, &c. qui nondum gustaverunt, quàm suavis sit Dominus sub speciebus Eucharisticis, convocentur ad ædem sacram, atque illic à Clericis deputatis exploretur eorum capacitas. In dubio de sufficiente usu rationis, & cognitione posse morientibus pueris porrigi viaticum censet Lugo.

Ex his inferes, esse Teutonibus 109 pueris singulariter applicandam doctrinam, à Patre Tannero Doctore Germano, & inexciendis exomologesibus exercitatissimo traditam *tit. q. 8. n. 112. & 115.* paschali communione refici debere communiter inter annum 10, & 14. rarò post 12. rarò ante 10. & quia in obscuris inspicitur solet, quod plerumque fieri solet, nisi peculiaris ratio obstet, se-  
cure

curè servabitur terminus inter duos nominatos annos.

210 Cæterùm quia in explicatione tituli hujusce Casus sexti facta est à me, quâ explicitè, quâ implicitè mentio annorum discretionis, censui esse in hâc tertia editione istius opusculi proferenda in publicum, quæ pluribus abhinc annis in mea privata adversaria retuli ex diversis Scriptoribus, loquentibus de hâc materia, crebrum sanè habente usum in foro tam interno, quàm externo à nemine tamen, quod sciam, fundamentaliter tractata.

III Observandum igitur est 1. à quibusdam Doctoribus hæc quatuor vocabula inter se confundi, & per ea unum, idémque designari: *Vsus rationis: Anni discretionis: Potentia peccandi mortaliter: Esse capacem doli.* Confundunt, ac pro uno accipiunt Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 70. sect. 1. & tom. 4. disp. 36. sect. 2. n. 3. Azor p. 1. lib. 7. c. 29. q. 6. Fagun-

Fagundez de præcept. Eccl. præc. 1. lib. 2. c. 2. n. 3. Barbosa in Collectaneis in decretales in cap. Omnis utriusque de pœnitent. & remiss. n. 2. Palaus rr. 3. disp. 1. punct. 24. ff. 2. dum dicunt, illos habere usum rationis, esse compotes rationis &c. qui possunt discernere inter bonum & malum, seu peccare mortaliter. Quo etiam modo loquitur Paludanus apud Dianam in append. ad 3. part. resol. 19. ac plures alij.

Distinguunt autem usum rationis à discretionem ad peccandum mortaliter Victoria, atque Corduba, dum apud Joannem de Salas de legib. q. 96. tr. 14. disp. 14. sect. 13. n. 126. vers. Quartum Cordubæ &c. dicunt, usum rationis communiter evenire circa septennium, at verò discretionem ad peccandum mortaliter seriùs. Tannerus quoque tom. 2. disp. 5. q. 6. n. 36. pronuntiat, pueros statim post usum rationis, & saltem post septimum ætatis annum, obligari præcepto

pro abstinendi à cibis vetitis, missám-  
 que audiendi, & tamen *tom. disp. 5.*  
 113 q. 8. n. 113, sic differit. Ut pueri  
 licitè communicare possint, necesse  
 est, ut plenum rationis usum habe-  
 ant, quo videlicet possint peccare  
 mortaliter, qui quidem aliquibus  
 præcocis ingenij octavo, aut decimo,  
 alijs duodecimo, alijs vix decimo  
 quarto ætatis anno, sed communiter  
 inter decimum, & decimum quartum  
 omnibus contingit.

Complures alios facere eandem  
 distinctionem probabo paulò post  
 manifestè.

114 Observandum est 2. à magnis  
 DD. fieri, quoad potentiam peccandi  
 mortaliter, distinctionem inter pue-  
 ros, & puellas, ab alijs non fieri. Fa-  
 ciunt expressè S. Antoninus 2. *part.*  
*Summæ tit. 9. v. 8. ff. 2.* & apud  
 ipsum Ancharanus, quatenus uter-  
 que tradit, pueros, & puellas non es-  
 se constitutos in annis discretionis,  
*antequam magis appropinquent puber-*  
*tati*

tati, quàm præteritæ infantia, quod contingit in masculo, quando habet decem annos & dimidium, & aliquantulum ultra; in fœmina autem, quando habet novem annos & dimidium, & ultra aliquantulum. Ita hi duo DD. loquuntur. Faciunt etiam<sup>115</sup> distinctionem Victoria, atque Corduba, dum apud Salas *loc. cit.* tradunt, discretionem ad peccandum evenire communiter fœmellis anno octavo vel nono, masculis decimo, vel undecimo, ac præterea Joannes Chapeville relatus suprâ n. 94. tamen si fateor, non agnosci hoc discrimen à S. Th. in *supplem. q. 43. a. 2.* negari etiam in Th. Sanchez de *matrimon. lib. I. disp. 16. n. 2.*

Observandum 3. ab eodem San-<sup>116</sup>chez *l. c. n. 2. & 10.* Diana *part. 3. tr. 6. resol. 87.* Tamburino in *Decalogum lib. 1. c. 3. §. 7. n. 4.* ac pluribus alijs tam asseveranter tribui pueris, ac puellis usum rationis expleto primo septennio, ut Diana *loc. cit.* sic

loquatur. Quoties dubium est, puerum habere usum rationis, præsumendum est habere, & esse obligatum (legibus Ecclesiæ), si implevit septennium, quia regulariter illo completo in omni materia usus rationis habetur, & alleganti contrarium incumbit onus probandi. Ita ille post Silvest, verb. confessio 2. 9. 5.

- 117 Dico ego I. Est aliquis usus rationis communiter tribuendus tam pueris, quàm puellis mox post expletum primum septennium. Ita omnes. Probatum apertè ex cap. littera & cap. accessit de despens. impub. ubi sponsalia exacto primo septennio inita supponantur subsistere, ac valere, nisi fortè alterutrius pœnitentiâ dissolvantur post pubertatem; hæc autem suppositio, ac præsumptio non esset legitima, nisi illâ ætate jam adesset aliquis usus rationis. Similiter l. si infanti §. ultimo. Cod. de jure deliberandi dicitur, majorem septennio posse acquirere hæreditatem, additur  
autem

autem *l. potuit eod.* requiri voluntatem pupilli, ad id ut ipsi acquiratur hæreditas.

Dico II. Perfectus usus rationis, <sup>118</sup>  
seu discretio perfecta, & necessaria ad peccandum mortaliter, seu doli capacitas non inest, sed abest plerisque ante octavum annum ætatis. Ita sentiunt præter S. Antoninum, Ancharanum, ac Tannerum relatos superius Dominicus Sotus *lib. 7. de just. q. 7. a. 2.* quatenus ait, puerum ante annos pubertatis non teneri Ecclesiasticis Sacramentis, de jejuniis legibus, ac proinde nec voto, nisi certissimè constet, habuisse usum rationis sufficientem, quando illud emisit. Suarez *lib. 6. de voto c. 6.* <sup>119</sup>  
*n. 3. & 4.* dicit, quâ ætate potest quis peccare mortaliter, eâ ætate posse facere votum validum. Et subdit idem leges humanas statuisse, ut vota omnia ante pubertatem à filiis emissâ irritare queat pater, quia licet aliqui ante eam ætatem habeant sufficiens

judicium, attamen lex observat, quod *frequentius* accidit. Ergo ex mente hujus Doctoris frequentius, seu communiter accidit, ut pueri & *puella* non possint peccare mortaliter, seu non sint doli capaces, nec se primo nec octavo anno ætatis. Idem Suarez *tom. 4. in 3. part. d. 36. sect. 2. n. 3.* negat apertè, posse certam ætatem assignari, in quâ pueri possint peccare mortaliter; sicut etiam negat Fagundez, *de præc. Eccl. pr. 1. l. 2. c. 2. n. 7.* ac Diecastillo *tom. 1. in 3. q. tr. 5. disp. 1. n. 8.*

220 Probo in primis argumento, quo S. Antoninus, id est experienciâ propriâ, atque alienâ; ego enim, ac plures, quos interrogavi, in tot casibus, quos habuimus, in tot confessionibus puerorum, quas accepimus in diversissimis urbibus, ac conditionibus, sumus experti non octavum, non decimum quemque puerum ante expleum octennium intelligere id, quod est necessarium ad

pecc

peccandum mortaliter. Nam ad pec- 121  
candum mortaliter necesse est, co-  
gnoscere id, quod facimus, repugnare  
graviter rectæ rationi, seu esse gravi-  
ter prohibitum à Deo. Navarr. in  
*Man. prælud. 9. u. 9.* Greg. de Va-  
lent. tom. 2. *disp. 2. q. 14. punct. 4.*  
*Diana part. 1. tr. 7. res. 24.* atque alij  
plures, quatenus ajunt, & rectè, il-  
lum peccare solum venialiter, qui  
facit quidpiam contra conscientiam  
solum in genere dictantem, esse ma-  
lum, esse peccatum, ut probavimus  
in Clypeo n. 273. At quotusquisque  
ante primum octennium intelligit,  
quid sit esse graviter contra rationem?  
Ex ijs, qui intelligunt, quotusquis-  
que potest applicare alicui particula-  
ri materiæ? Vide pro hoc argumen-  
to Cordubam, Victoriam, & alios  
apud Tannerum tom. 2. *disp. 4. q. 5.*  
n. 110.

Probo 2. ex leg *pupillum ff. de reg. 122*  
*jur. & ff. 1. in summa instit. de ob-*  
*ligat. ex delicto.* ubi statuitur, cum de-

mum ex furto, atque injuria obligari  
 impuberem, *si pubertati proximus sit* ;  
 præsumitur enim non plenè intel-  
 lexisse, quòd delinquat, inquit Lay-  
 mann, *lib. 1. Th. moral. tr. 4. c. 10.*  
*u. 5.* Et tamen pueri præsertim Ger-  
 mani, ex institutione domestica nul-  
 lum ex vitijs, ad quæ tentantur, ma-  
 gis horrent, quàm furtum. Qu-  
 123 propter nullo modo admitto illam  
 præsumptionem Sanchezij ac Dia-  
 næ, utpote nullo jure nixam. Imò  
 S. Antoninus *loc. cit.* pronuntiat, vi-  
 deri temerarium asserere, & publicè  
 prædicare, quòd pueri statim post  
 primum septennium teneantur con-  
 fiteri, tenerentur autem communiter,  
 si communiter possent peccare mor-  
 taliter, seu essent doli capaces. Nec  
 dubium est, quin Decius *in cit. leg.*  
*pupillum.* dissentiat à regula Sanche-  
 zij, dicens, legem *pupillum* loqui sim-  
 pliciter de proximo pubertati, ergo  
 intelligendam esse simpliciter, ita  
 tamen ut arbitrio judicis permittatur  
 judi-

judicare, quisnam sit proximus pu-  
bertati, cum jura non definiant hanc  
proximitatem.

Dico III. Puellæ communiter 124  
sunt citius capaces doli, quàm pueri,  
adeoque possunt citiùs mortaliter  
peccare quàm pueri. Probo autho-  
ritate tum DD. supra nominatorum,  
tum parentum, qui educant liberos  
utriusque sexus, tum qui puerilem  
ætatem, & docuerunt in catechismis,  
& audierunt confitentem. Multos  
ex his interrogavi, omnes dixerunt,  
se id expertos, quod ego; scilicet  
puellas faciliùs, ac citiùs percipere  
ea, quæ ipsis mandantur, verantur,  
proponuntur, aptiùs quoque ad quæ-  
stiones propositas respondere, quàm  
pueros, Ludimoderatores quoque,  
ac ludimoderatrices affirmant, à pu-  
ellis octennibus multò faciliùs disci  
Alphabetum, conjugationemque  
syllabarum, ac verborum, ipsa etiam  
mysteria fidei, quàm à pueris.

125 Dico IV. Puellæ in Germania videntur communiter non ante annum ætatis octavum, post illum tamen ; pueri verò communiter post annum ætatis nonum cum dimidio non ante tamen esse doli capaces, seu posse peccare mortaliter.

126 Probo hoc rursus propriâ, alienâque experientia, quæ testatur, hos & illas communiter, seu plerumque non ante assignatam illam ætatem, post illam tamen satis intelligere quid sit, vel in genere vel in hac aut illa speciali materia, graviter peccare, Deum exacerbare, mereri pœnas infernales &c. Dico : *Communiter*, id est si accipiamus simul liberos rusticorum, viliorum oppidorum, cultiorum, urbium, ac nobilium. Si verò seorsim consideremus liberos cultiorum urbium, in quibus habentur boni Magistri, diligentes catechistæ, matres piæ, frequentandisque sacramentis assuetæ, fortè æque multi, ac multæ ex his sapiunt paulò an-

te prædictam ætatem, quàm non faciunt, seu quàm non habent perfectum usum rationis.

Dicta de ætate, infra quam asserui, non reperiri comunitè perfectum usum rationis, confirmo, & declaro doctrinam Scoti in 4. dist. 17. q. 1. art. 2. quæ tacito nomine citat S. Anton. supra relatus, sic enim loquitur Scotus: *Ætatis ab cognoscendum justum vel injustum contra legem Dei breviter regula est, quando aliquis instructus, & interrogatus ordinatè præcipit, (fortè percipi:) distinctè quod justum, vel injustum in lege divina, quod potest faciliter videri, si ad ordinatas interrogationes ordinatè respondeat, sicut alius adultus perfectè ex similibus præmissis perfectè responderet.* Atqui ita se habent, & non habent pueri, & puellæ, de quibus asserui, & negavi potentiam mortaliter peccandi.

Unde non absolutè subscribo Navarro in Man. c. 21. n. 3. 2. ita scribenti:

bentí : Discretionem videtur habere puer, qui ob malefactum verecundatur, & bonum discernit à malo, & interrogatus, an liceat innocentem interficere, aliena invadere, superiori maledicere, & alia ejusmodi, responder negativè. Et interrogatus, an bonum sit esurienti panem porrigere, adire Ecclesias, affirmativè responder, Ideo autem non subscribo absolutè, quia & verecundia seu pudor & erubescencia sæpissimè nascitur aliunde, quàm ex conscientia patrati peccati Theologici, & ad ea, quæ exprimit Navarrus, respondent nimis multi partim ut psittaci, partim non apprehendentes gravem malitiam moralem. Fateor tamen, posse communiter stari hoc iudicio.

129 Ex his infero, quandoquidem probabile est, tam pueros, quàm puellas, quæ venialiter delinquere queunt, obligari sub veniali plerisque legibus positivis. *Dicastillo tom. 1. d. in 3. part.*

3. part. tr. 5. n. 6. cum alijs contra Suarez, Coninck, Laymannum apud ipsum, ac verò obligari iisdem sub mortali, quando habent potentiam expeditam ad peccandum mortaliter. Idem Dicastillo cum plerisque, nam revera gratis asserit Sotus in 4. dist. 12. q. 1. a. 11. pueros haud adstringi ullis legibus Ecclesiasticis ante annum ætatis duodecimum; infero, inquam, pro praxi, non peccari nisi fortè venialiter à parentibus, qui liberis suis nondum omnino septennibus præbent carnes diebus prohibitis, nam ante expletum septennium tam pauci reperiuntur, qui possint etiam venialiter delinquere, ut hi videantur gaudere privilegio non valentium committere peccatum veniale.

At verò rectè subdit Dicastillo n. 130  
 11. esse communem, universalémque consuetudinem Ecclesiæ, quod pueri ligentur lege abstinendi à carnibus, cum primum habent usum ra-

nis. Ea ob hanc ipsam instantiam rectè pronunciat Dicastillo, *n. 1.* non videri probabilem sententiam Soti paulò ante relaram. Vide Tannerum *tom. 2. d. 5. q. 6. n. 36.* loquentem expressè de esu ciborum veteritorum, item etiam de auditione sacri, de quâ tamen specialiter differemus in *Alphab. audientium sacrum. Casu IX.*

131 Infero deinde, quia est ob tam diversas opiniones Doctorum verè dubium, utrùm plerique septennes sint doli capaces, nec ne, de jam septennibus posse intelligi id, quod Dicastillo *tom. 2. in 3. part. seu de poenit. disp. 9. n. 758.* post Card. de Lugo tradit, scilicet quando dubitatur de usu rationis pueri, isque confitetur aliquod veniale, esse tum certò in mortis articulo, & tempore Paschali, tum etiam probabiliter extra tempus præcepti absolvendum, ut si fortè habet aliquod mortale, quod non manifestat, indirectè absolvatur.

tur ab illo. Quamquam Lessius in  
Consilijs verb. Confessarius. Cas. 6.  
negat, in tali dubio esse opus imper-  
tiri absolutionem. Sed utique secu-  
rius impertitur sub conditione.

*Fatuis, & surdis an Commu-  
nicandum?*

## Casus VII. Naturalis & Mirus.

**G**ebhardus juvenis in oppido  
quodam Bavariæ tribus leucis  
distante Ingolstadio, ab ipsa na-  
tiritate surdus & mutus, adeò exactè  
omnia fidei Mystera de Deo, S. Tri-  
nitate, Christo Redempt. Beatissima  
Virg. Euch. Pœnit. Sacramentis, suis  
nutibus exprimere novit, ut vix ul-  
la sit notabilis veteris, & novi testa-  
menti historia, quam non integre per-  
didicerit. Cujus rei hoc ei etiam ad-  
jumento fuit, quòd ipsa assuetudine  
diuturne attentionis ad omnem labio-  
rum, linguæ, & dentium motum quos-  
libet

libet loquentes, quamvis nullà voce auditâ, protinus, ac facile intelligat, qui etiam suo, à quo conductus est, hero publicis rationibus profecto expeditissimam in scribendo operam navat. Quod quidem ipse non crederem, si testificationis autoritas indubitata fidem non extorqueret.

133 Ita ad verbum loquitur, testaturque de vivo, id temporis vivens Ingolstadij P. Tannerus *tom. 4. disp. 9. dub. 2. n. 30.* Quæri jam potest, utrum mirificus ille Gebhardus, cui per similem, & quidem probè sibi notum describit Georg. Stengelius *lib. de Monstris c. 16. §. 6.* fuerit ad memoriam mirabilium Dei admit-tendus. Sed priùs

134 **Q**uæritur I. *Quid statuendum de fatuis?* Resp. Fatuorum alij sunt planè, alij semifatui, & quidem vel ab ortu, vel non ab ortu, fruentsque & non fruents lucidis intervallis. Omnino fatuis à nativitate non est exhibendum hoc Sacramen-

tum

tum. S. Th. cit. q. 80. a. 9. communiter receptus; vel quia in ijs nullo modo præcessit devotio hujus Sacramenti, ut loquitur S. D. vel quia licèt ex natura sua malum non sit talibus (baptizatis tamen) illud administrare. Suarez *disp. 69. sect. 2.* videmus tamen id nusquam à quoquam factitari; fortè ideò quòd vel semper, vel plerùmque timeatur, ne positiva irreverentia ab ijs inferatur omnium augustissimo Sacramento. Equidem id vetuit in suo Rituali Paulus V. ut testatur Joan. Sanchez *disp. 28. numero. 1.*

*At verò præbendumne est in articulo mortis ijs, qui in eam miseriam inciderunt postquam aliquamdiu vixere compotes rationis, rerùmque divinarum? Resp. cum S. Th. Est, quia censendi sunt illud petivisse hoc ipso, quòd aliquamdiu piè vixerint, modò non constet fuisse in statu malo, quando correpti sunt hoc malo. Et sic intelligo ( an rectè, judicent illi,*

illi, quorum interest, & à quibus me libenter corrigi permittam ) Obsequiale, seu Rituale nostrum *Dioecesanum tit. de extrema unctione*, vetans, phreneticis, & stolidis illam ( eadem est ratio Eucharistiæ ) administrari, nisi certis intervallis petierint.

136 *Quid si verò talis insanus ingerat se in turbam Communicantium, fletatque ad cancellos modestè cum cæteris, an illum præteribit Sacerdos?*

Resp. Non præterisset Joan. Sanch. *l. c. n. 9.* eò quòd putet præsumi debere, illum tunc habere lucidum intervallum, nec enim fieri posse, ut quis omni rationis gubernaculo destitutus petat Eucharistiam. *Quid*

137 *si autem ipsemet Ioannes Sanchez paulò antè audi-visset illum stolidum confitentem, eique absolutionem negasset ob solum defectum iudicij?* Resp. Præbuisset nihilominus eidem Eucharistiam, ut expressè profiteretur. Non ramen sequer hoc exemplum, quia

quia ex illa ad geniculatione non præsumerem lucidum intervallum, memor stultos agere aliquando simias. Et puto esse habendam potiorem rationem adflectentium, qui sanè turbarentur, si viderent notoriè amenti Sacramentum præberi, ac solliciti essent, ne irreverenter illud haberet.

Semifatui, qui scilicet infirmo rationis usu imbuti sunt, tali tamen, ut absolutionis sacramentalis sint capaces, cùm in Paschate, tum in extremo agone, frui debent hoc æternæ sapientiæ epulo, ut fatentur omnes; extra hæc tempora frequenter illos non admitteret Tann. cit. q. 8. n. 15. Ego fortè singulis mensibus pro ratione ætatis, sexus, institutionis, habitualis modestiæ, pietatis, gradûque prudentiæ.

Quæritur 2. de Surdis? Resp. 139  
Vel sunt præditi loquelâ, vel privati; si præditi, facile judicari potest, utrùm sint amentibus annumerandi, nec ne; si spoliati, ut quidem ple-

- plerumque evenit, difficile est id cognoscere; nam certum est multos horum sapere, multos desipere omnino. Et possunt utique nonnulli ex utroque hoc genere diligenti industriâ domesticorum ita dextrè informari, ut, licèt fortè non percipiant omnia, ad hujus sacramenti substantiam spectantia, tamen ad illud accedant non tanquam ad cibum profanum, sed spirituale, institutum pro salute animæ; & hoc jam sufficit, ut possit eis ministrari Eucharistia in ætate competente. Laym. cit. c. 4. n. 5. & D d. hæcenus citati. Igitur
- 140 ijs illa præbebitur in Paschate & in articulo mortis. Palaus. p. 16. An sæpius, decernet Confessarius pro ratione intelligentiæ, modestiæ, pietatis, & aliorum quæ in ijs advertit. Pal. *ibid.* Dian. p. 5. tr. 6. ref. 7.
- 141 Quid si verò illis duobus malis accedat tertium cæcitas nativæ? Resp. Annumerabuntur perpetuò amentibus,

bus, nec enim videntur ullo modo  
posse edoceri res sacras. Estne au-  
tem illa superior doctrina intelligenda  
de illis surdis & mutis, qui nullâ ra-  
tione, nullis nutibus possunt sua pec-  
cata manifestare? Resp. Ita qui-  
dem, & meritò videri Laymanno,  
nam ars manifestandi sua peccata  
non est necessariò juncta cum tole-  
rabili notitia hujus sacramenti. Ita-  
que præbeatur ijs ille, qui fecit surdos  
audire, & mutos loqui. Censet au-  
tem Layman. non esse talibus extra <sup>142</sup>  
mortis articulum impertiendam ab-  
solutionem, nisi aliquid in specie  
peccatum prodant arbitro concien-  
tiæ. Ego contentus essem mani-  
festatione alicujus in genere sub al-  
terno saltem, haberémque patronos  
Silvestrum V. *confessio* 1. q. 13. at-  
que Alensem. Sanè sicut facienti  
quod in se est non denegat Deus gra-  
tiam, ita nec absolutionem negari  
vult contenti quantum potest. Vi-  
de

de dicta in Clypeo *Clem. judic. n. 232. & seqq.*

- 843 Ex his consultis respondi, ad  
 Communionem Paschatis admittendum quemdam Titium 15. annos natum, mutum quidem & surdum ab ortu, ita tamen instructum sollicitâ curâ parentum, ut crebrò pectus pulset elevatis piè in cælum oculis, quasi precabundus à Deo veniam: effertur signum crucis permodestè; flexis genibus supplicet Numini; faciat in templo ac plateis reverentiam Venerabili Sacramento ad ægros delato, musitando non secùs, ac si verbis conetur exprimere valde pium animi sensum; in actionibus profanis, atque adeò in suo opificio se gerat perinde, ac præditi optimo usu rationis, probè imitans quæ fieri, 844 aut facta videt. Hæ enim circumstantiæ mihi expositæ à fide dignissimo effecerunt, ut censuerim Titium satis distinguere inter hunc panam substantialem & quotidianum, sicuti

ficuti  
 enarra  
 præse  
 n. 5.  
 Ex  
 Gebh  
 omne  
 scenc  
 alij  
 & n  
 Com  
 juven  
 que ab  
 tape  
 plura

sicuti & his jam scriptis pleraque ex  
enarraris deprehendi ipse coram &  
præsens. Vide Layman. *cit. c. 4.*  
*n. 5.*

Ex his inferes, stupendum illum 145  
Gebhardum, de quo Casus, atque  
omnes ei similes, esse, ac fuisse pa-  
scendos dapibus Angelicis, quoties  
alij, per se loquendo, solent; sicuti  
& respondi, non esse negandam  
Communionem, saltem paschalam  
juveni annorum 24. muto, surdó-  
que ab ortu, quem viri Religiosi  
sæpe absolverunt sacramentaliter;  
plura enim requirit valida absolu-  
tio, quàm fructuosa Com-  
munio.

☉ (o) ☉

*Ener-*

*Energumenis & Phreneticis an  
Communicandum?*

### Casus VIII. Imitandus.

146 **H**elenam energumenam in extremo agone constitutam, & fidem profiteri nolentem in visu, & consultus, num esset ministranda Eucharistia, ministrandam censui; at feminae circumstantes clamavere zelo motae erga sacramentum, grave peccatum fore, fidem profiteri nolenti feminae Eucharistiam porrigere, & mihi iratae fuere, dum in favorem aegrotantis loquerer; diligentiam tamen, & operam cujusdam pij viri, ministratum fuit Sacramentum, & statim infirma obiit.

147 Sic de se loquitur, de se testimonium perhibet Joan. Sanch. d. 38, n. 8. & testimonium ejus verum quidem est, sed

Quae-

**Q**Uæritur 2. An sequendum ex- 148  
 plum? Resp. Licet non exem-  
 plis, sed legibus judicandum sit *l.*  
*nemo C. de sent. & interl. omn. judic.*  
 sequendum tamen hoc exemplum,  
 quia ratione nixum, sicut autem non  
 est hominum malitijs indulgendum  
*c. plerumque de refer.* ita nec dæ-  
 monum. Et generatim dico, ener-  
 gumenos per se loquendo non esse  
 excludendos divinâ mensâ, quia in-  
 felsio per se non repugnat reverentiæ  
 Sacramenti. Videndum tamen, ne 149  
 in aliquibus sit morale periculum,  
 ne hostiam irreverenter tractent la-  
 cerando, sputando, prolabendo; ubi  
 deest periculum, & adest honesta vi-  
 ta, detur energumeno is, in cujus  
 nomine dæmonia ei joiuntur, &  
 compescuntur. Et quidem crebrò,  
 si ad ipsorum solatium spirituale fa-  
 ciat Layman, de *Euchar. cap. 4.* &  
 alij passim; ac maximè in suprema  
 lecta. Nec obest quòd tunc nolint  
 profiteri fidem, seu dicere: *Credo,*  
 quia

quia pessimus inquilinus impedit ex odio, & sic ad literam locum habet reg. 22. in 6. *Non debet aliquis alterius odio prægravari.*

151 **Q**Uæritur 2. *de Phreneticis?* Resp. Vel fruuntur lucidis intervallis; & quidni tunc de carnibus mitissimi Agni edant? Vel perpetuo furoris æstro agitantur, uno, pluribusve annis, & jam consistunt in ultimâ vitæ periodo; tunc de ijs pronuncian- dum, quod de amentibus aliquando potitis usu rationis. *Sed timeo ne sacram hostiam tractet indignè. Præbe ipsi non sacram, quam si modestè deglutijt, aude & sacram, Dian. p. 2. tr. 14. res. 44. vocans praxin optimam.*

152 *Quid si autem res non successit cum prima?* Resp. experire alterâ Laym. c. 4. n. 4. Castro Palaus de Euchar. punct. 10. *At incidit in eam amentiam ex mera excandescencia?* Resp. Qui in perpetuam amentiam, aut furorem incidit per, aut in peccato

mor-

mortali, indignus est sacra communione, quia non oportet panem filiorum mittere Canibus. Marc. 7. Quia tamen ejusmodi excandescencia potest oriri ex peccato solum veniali, ideò priùs quàm neges viaticum, exquire, quæ causa iræ; quæ indoles irati. *Quid si pedes, manus-<sup>153</sup>que ita jaçtet, ut non pateat accessus ad os?* Resp. Ligeretur, Joan. Sanch. d. 38. n. 4. si videlicet ligatus soleat fumere res comestibiles. *Sed horrendè blaspemat.* Resp. Non ipse, sed vis morbi, quam non moraberis, si judicio S. P. N. Ignatij in suis Constitutionibus steteris.

*Vnde cognoscam aliquem fuisse in<sup>154</sup> statu malo factum amentem?* Resp. Vel non scis, utrùm ante amentiam peccarit mortaliter nec ne. Et tunc præsume esse in bono statu; nam quisque naturaliter præsumitur bonus. *cap. dudum. de præsumpt.* nec unquam capitur præsumptio delicti *l. merito ff. pro socio.* Vel scis deliquit-

E

liquit-

liquisse mortaliter ante amentiam, & runc si non habes positiva argumeta, seu signa poenitentiae, praesume esse in deplorando statu; nam semel malus, semper praesumitur esse malus reg 8. in 6.

*Epilepticis an Communicandum?*

### Casus IX. Xaverianus.

155 **I**uvenis nomine Dominicus Capomalla sanguinis fluxu, & febris valida debilitatus, ad extremam vivendi lineam devenerat; cui Medici & omnium circumstantium iudicio non amplius vitae, quam pauculae horae, ne dicam momenta supererant; nec tamen sacro viatico muniri poterat ob indeficientem cum vomitu stomachi convulsionem: hoc Matri piaeminae gravius erat ferendo, quam ipsa mors filii; ac propterea de extrema illius salute sollicita procumbit in genua, enixaque rogat Potamiensem Prote-

Storem

Etorem ( S. Franciscum Xaverium  
Potami illustrissimum prodigijs ) tan-  
tum ut virium concedat filio, tantum-  
que spatij, quo possit sacra refici Syna-  
xi ; futurum enim ut gratiâ cœlitus  
concessâ, cùm aliud non suppetat, in-  
tegram tritici mensuram Potamiense  
altare referat. Nec absoluerat pre-  
ces mater, cùm pluribus præsentibus,  
ipsoque templi Potamiensis Curatore,  
qui oculatus testis id retulit, æger à  
convulsione illa, quin ab omni infir-  
mitate liber, stratum reliquit, & vel-  
uti nunquam infirmus fuisset, templum  
adiit, pro improvise beneficio Deo,  
& Divo gratias acturus, & hoc 19.  
Octob. anno 1651.

Ita verbatim descripsi ex libro re-<sup>156</sup>  
cens edito, quo recensentur 242. mi-  
racula ope S. Francisci Xaverij aunis  
1651. & 1652. edita Potami urbe  
Calabriæ, & autoritate publicâ fir-  
mata, inter quæ multa tam rara, tam  
magna, tam admirabilia, ut appareat,  
Deum sibi in hoc suo fideli servo mi-

rificè complacere. Quia verò convulsiones sunt effectus Epilepsiæ idcirco.

157 **Q**Uæritur hîc, *Vtrum morbo epileptico laborans reficiendus sit Pane cælesti?* Resp. Quando non infestatur paroxismo, tum haud dubiè potest, ac, si perat, debet refici, quia ipsa passio, seu morbus, & habitus epilepticus non continet formaliter ullum impedimentum; at tempore quo paroxismus illum tenet, licet videatur cum extincturus, priusquam ad se æger redeat, non est ei præbenda, quia fortè ex 100, laborantibus ejusmodi paroxismo non reperietur unus, de quo possit prudenter sperari, eum deglutiturum hostiam. Si tamen dubitaretur, posset periculum fieri immittendo in os non consecratam, sicuti in Casu præced. diximus de Phreneticis,

cis,

Nat-

*Nausebundo an Communicandum?*

Casus X. Monstrosus. †

**K**ilianus instrumentis utriusque 158  
inferioris evacuationis, imò signis eorundem instrumentorum  
prorsus carens, omnem urinam, feces  
omnes regerit per os, semperque à nativitate regeffit vomendo; dubitari  
potest an fuerit ei dandum Corpus  
Christi purissimum. Ratio dubitandi  
est, quia videtur haud parùm adver-  
sari reverentiæ tanto Deo debitæ, si in  
cloacam deijciatur.

Novi probè hoc monstrum natu- 159  
ræ, gente Lotharingum bene barba-  
tum. Qui usque ad annum ætatis  
20. fuit Anna vel Joanna vocatus,  
eò quòd nullis planè signis alterutrius  
sexûs apparentibus, fuerit præsum-  
ptum prodeteriore; de qua præsum-  
ptione quid sentiendum dissero in  
Alphab. Baptizantium Cas. 12. Ac

E 3 ubi

ubi non solum lanugo, sed etiam barba coepit vestire mentum, ac genas, non iam Anna, sed Annas, vel Joannes vocari coeptus est, fabricam ejus corporis demirantibus medicis.

160 Resp. tamen potuisse & debuisse parere praeccepto divino, atque ecclesiastico Communionis; nam allata in contrarium ratio si quid probat, probat illi quoque negendam Eucharistiam, qui foedissimis humoribus refertum habet stomachum. Quod intrat in stomachum non solum non coinquinat hominem *Matth. 15.* sed nec inquinatur ab homine, in quo cor mundum creavit Deus.

161 **Q**Uæritur autem ulterius generatim. *An & quando obnoxius vomitui sit præbenda Eucharistia?* Resp. esse circa hoc genus hominum pro praxi observanda seqq. 1. Vomitus aliquando provenit solum ob sumptum cibum, aliquando ex vitio stomachi etiam jejuni. 2. Quando stomachus rejicit statim omnem cibum  
in

in propria specie, non est obnoxio illi miseriæ præbendum hoc Sacramentum. 3. Si non solet ( sicuti 162 non solebat Annas ) statim rejicere cibum, sed solùm post unam horam, poterit ei præberi, quia intra unam horam, consumuntur species sacramentales. Tann. de Euchar. q. 8. n. 67. Joan. Sánchez d. 38. n. 2. præsertim parvæ. Quintanadvenas singular. tr. 4. singul. 13. Pax Jordan. le 4. tit. 1. n. 53. mutari intra dimidium 4. horæ unius dicens, 4. Si revomit duntaxat cibum copiosè sumptum, nil est periculi timendum ratione sacramenti. 5. Si omnibus 163 consideratis meritò dubitetur, utrùm sit intra horam rejecturus hostiam, probetur dando non consecratam, quam si per horam servet, porrigatur & sacra, Sanch. l. c. Diana p. 5. tr. 3. res. 55. 6. Si omnibus consideratis adhuc dubites, utrùm sit nec ne revomiturus species sacramentales, præbe nihilominùs, quia & recipiet.

æger gratiam huic Sacramento annexam. Tann. n. 53. Et in dubio factius est sacramentum exponere incerto periculo irreverentiæ merè materialis, quàm certò privare fructibus Communionis, ut bene ratiocinatur P. Jac. Reiss in privilegijs morientium privil. 56. 7. Nullo modo opus est præbere integram, sufficit minima particula, & quidem in liquore, si absque hoc glutire nequeat. Suar. d. 71. sect. 3. esto sit moraliter certum, liquorem citiùs descensurum. Tann. n. 100. post Suar. 8. Quando stomachus per secessum emittit cibum omnem planè immutatam in sua specie, nefas est dare, vel  
 165 accipere. Sanch. loc. cit. 9. Sacerdotes, qui sciunt, se poriones medicas non solere in stomacho detinere diutiùs quàm per horam, possunt libere facere sacrum, ac statim post illud, si diutius nequeat commodè differri, peractâ gratiarum actione haurire poculum, Hippocraticum, nam  
 nulla

nulla est physica, aut moralis inde-  
 centia miscere, ex causa, in stomacho  
 ambrosiam cælestem, & vappam ter-  
 restrem. Laym. c. 6. n. 23. & alij,  
 licet olim c. *tribus gradibus de con-*  
*secr. dist. 2.* fuerit requisita intercape-  
 do sex horarum circiter. 10. Si con- 166  
 tingat hostiam integram revomi, nec  
 tantum sit animi Parocho, ut secutus  
 heroicum exemplum unius sæcula-  
 ris, & unius Religiosi, quos probè  
 novi, sacerdotis, eam sumat, defe-  
 renda erit in sacrarium, ac purga-  
 ta poterit ab aliquo sumi tempore  
 sacrificij, aut si nemo vincere  
 possit horrorem, relinquatur in sa-  
 crario donec consumatur; sicuti in  
 simili de hostia vermibus atrosa sta-  
 tuunt nostræ Constitut. Synod. part.  
 1. tit. 8. n. 19. Nam comburere  
 foret immane sacrilegium, inquit  
 magnus in re morali magister Sil-  
 vest. V. *Eucharistia 2. q. 9. s. 2.*  
 loquens de sacro sanguine effuso. Ex

foz      *Nauseabundo an*  
his deduces, quid censendum sit de  
casibus similibus sequenti

Casus Lessianus.

167 **L**eonardus Lessius vespertinis ple-  
rumque utebatur medicamentis  
(nocturnam inquietem parvi pendens)  
ne matutinâ sumptione à sacrificio pro-  
hiberetur. Fuit aliquando, ut pilu-  
lae sub pridianam noctem assumptæ  
postridie sub horam sacrificij affecto sto-  
macho inhærerent integræ. Exinde  
Lessius nauseare, malè affici, pallere,  
sperare tamen (spem Eucharisticus  
amor faciebat) posse evincere Ag-  
greditur sacrum progreditur, malo pa-  
riter progrediente, donec sub Epistola  
lectionem tantisper cedere coactus est,  
dum à privata ara in sacrarium re-  
cederet, & totas, ut erant, pilulas ore  
redderet, & tanquam ab hoste liber,  
victorque liturgiam perficeret.

168 Ita testatur, ac loquitur auctor  
compendij vitæ Lessianæ cap. 11.  
n.

n. 58. edit. Ingolst. minimè dubitans, quin Lessius prudenter, ac religiosè egerit, dum se accinxit ad sacrum faciendum in indicatis circumstantijs. Ergo poterit laicus, qui vel ex pilulis pridie sumptis, vel aliâ de causa aliquantum incitatur ad vomitum, suscipere Christi corpus, si videlicet consideratis omnibus prudenter judicet, revera nonsecuturam actualem nauseam.

*At quomodo prudenter judicabit?*

R. Sicuti P. Lessius, valde crebrò sumpsit, pridie pilulas, postridie autem non fuit unquam secuta vomitio. Quanquam quia ex una parte gravior causa requiritur ad inducendam obligationem omittendi sacrificij, quàm Communionis, quandoquidem omisio hujus non privat tanto bono, quanto omisio illius; ex altera autem parte longè turpiùs receditur à sacro jam cœpto, quàm ab altari, ad quod flectis communicaturus, ac faciliùs potest vomitus oriri intra to-

rum tempus, quod fluit ab initio sacri ad consumptionem specierum in stomacho, quàm fluat à momento, quo laicus recipit de manu sacerdotis sacram hostiam, usque itidem ad consumptionem specierum, idcirco neque in omni casu, in quo licitè sacrificat sacerdos timens vomitum, licitè quoque communicat laicus, neque in omni casu, in quo huic fas est participare de altari, fas est illi, id est sacerdoti accedere altare ad sacrificandum, sed perpendendæ sunt variae circumstantiæ necessitatis festivitatis &c. ac præsertim dispicienda experientia propria, vel aliena, & cavenda nimia fiducia.

*Catharroso, & tussienti an Commun-  
nicandum?*

### Casus XI. Casualissimus.

169 **L**eander Sacerdos vix sumptâ, quam consecrârat, hostiâ repentè

cogitur tam validè sternutare, ut ipsam hostiam unà cum Catharrosa materia reijciat in patenam, eam tamen mox generosè resumpsit, deglutiitque totum, quod in patenam expulerat vis catharri.

**Q**Uæritur jam utrùm sacerdos ille, 170  
 qui ad Superos emigravit, si scivit se obnoxium ejusmodi casibus, potuerit admitti ad Sacrum faciendum?  
 Resp. Potuit utique, licèt scivisset se solere sæpius de die sternutare. Non enim poterat idcirco esse morale periculum, ne ea cerebri emunctio ei accideret tali præcisè tempore; illa quippe non sunt nobis prudenter timenda, quæ longè rarissimè eveniunt, quandoquidem Rarò & Nunquam æquiparantur cap. coram de off. jud. del. & casus insolitus, qui rarò contingit de mille annis semel, nullius est considerationis. Barth. in l. Seio ff. de contrah. empt. & una hirundo non facit ver, ut ex Aristotele argumentatur in, & de raro casu S.

Antonin. part. 2. summ. tit. 9. cap. 8. §. 2. *At inquires. Sacerdos ille sumendo hostiam ita inquinatam non mansit jejunus; quo ergo jure bibit sacrum sanguinem? Resp. Jure necessitatis perficiendi sacrificij.*

171 **Q**Uæritur deinde, *utrùm qui ob defluxiones coguntur sæpissimè spuerre, debeant abstinere sacrâ mensâ? Resp. Materia, quam exspuunt aut descendit è cerebro in os priusquam in pectus; aut ascendit è pectore in os. Si primum, non est periculum irreverentiæ, nisi excrees dum adhuc in ore habes hostiam. Si secundum, etiam cessat periculum, quando post hostiam receptam in ventriculum screas; secùs si screas illâ adhuc hærente in gutture. Nec cogitandum est, in hac superiore regione species sacramentales solere hære diutius, quàm recitaretur dimidium Ave, nisi anima jam quasi in extremis labris hæreat. Cavendum tamen ne circumstantibus simus scandalo, spuumque*

tumque strophiole excipere decet, si  
intra quinque Pater & Ave post ex-  
ceptum divinum hospitem invadat  
orexis spuendi: hæc enim, & major  
reverentia debetur tanto Sacramento.  
Palauſ p. 13. post alios.

*Sed horrendè tuſſio.* Resp. Si tuſ- 172  
ſis eſt ſicca, nil ejectionis eſt pectore,  
cur ſcrupulis angeris? Si Phlegmati-  
ca, vix erit tanta, quin vel cohibere  
queas per 2. P. & A. vel rure refor-  
beas, quod rure in palatum promo-  
veras. Ergo neque hinc trepida. Sa-  
piendum quidem eſt, ſed ad ſobrie-  
tatem. *Rom. 12.*

Ex his deduces, Parochum non 173  
debere peſtiferis, aut alijs miniftra-  
re Euchariftiam, quando proba-  
bile eſt, illos non poſſe in ſtoma-  
chum demittere hoſtiam, quia vel vix  
reſpirare poſſint, vel linguam nimis  
tumidam habeant, vel calore & ſiti  
ita aridam, ut nihil niſi planè liqui-  
dum glutire queant, ut rectè Chapea-  
ville de ſacram. adminiſt. temp. peſtis

q. 15. quod restringo ad casum, quo non sit etiam vice versâ probabile contrarium, quia in pari causa magis est favendum ægro, quàm sacramento, quandoquidem hoc institutum est in illius utilitatem. Vasq. tom. 2. in 3. p. disp. 155. c. 4. in fin. & alij, quod probè nota; & si lubet junge Casualissimæ sternutationi nostri Leandri illam mirificum S. Norberti, quam refero in calce Alphab. sacrificant.

*Moribundo quomodo Communican-  
dum?*

## Casus XII. Anceps.

174 **M**Enradus his diebus manè communicavit, postea eodem die incidit in periculum mortis; quæsitum fuit, an posset adhuc eodem die non jejunus sumere viaticum. Hoc in facti contingentia accidit.

Sic loquitur Diana p. 5. tr. 3. res.

37. ac responder, fuisse utique illi 175  
quantumvis non jejuno comunican-  
dum; additque in fine hæc verba:  
*Me impendente ne desinent Parochi  
hanc sententiam in praxin deducere.*  
Verum nec pro se rectè citat Hurta-  
dam, ut patet ex verbis, ad quæ se  
ipse refert, nam illa non loquuntur  
de non jejuno, nec Dianæ adhærent,  
sed potius adversantur Suar. Lugo,  
alij ab eo relati. Ego petenti ac-  
quiescerem celeriter, & si ejusmodi  
casus mihi eveniret, peterem humili-  
ter, negantem mihi ferrem æquanimi-  
ter, et si petitionis patronos præter Di-  
anā habiturus Bressurū l. 3. c. 8. n. 100.  
Vasq. & alios regantes, præcepto de  
sumendo viatico satisfieri, nisi acci-  
piatur *per modum viatici*, & sumen-  
dum etiam à non jejuno asserentes.  
Equidem testatur Dicastillo *cit. disp. 176*  
*10. de Euchar. n. 41.* Vasquium, ac  
Turrianum fuisse hujus opinionis,  
quam etiam viri docti intra & extra  
Societatem deduxerint in praxin, &  
ipse

ipse n. 50. iudicat indicabilem speculativè, &ac practicè, licèt n. 57. addat, ei aliquid de probabilitate decedere eo casu, quo æger communicasti manè ex sola devotione, at post prandium eadem ægritudo ita invalescit, ut adducat te in periculum

¶ 77 mortis. Denique hanc ipsam doctrinam, pro qua pugnat rursus Diana p. 8. tr. 1. res. 87. amplectitur bonisque rationibus probat noster P. Jab, Reiss in erudito opusculo de *centum privilegijs Morientium*, quod etsi in lucem prodijt solùm sub Titulo *Disputationis publicæ*, ideo tamen sæpius hïc cito, quòd sciam multorum manibus teri, æstimariq; à magnis. Cæterim quia mortis articulus est via ad felicem, aut infelicem æternitatem, proinde nihil in eo negligendum; quod pressit, nihil faciendum, quod obsit, quòd meliùs, & quæ nunc primùm dixi, & tota materia hujus tituli intelligantur, notanda sunt seqq.

1. Sicuti nomine Viatici apud<sup>178</sup>  
profanos scriptores intelligitur ci-  
bus, & pecunia, quæ in viam, seu  
iter perficiendum accipitur; unde  
apud Plautum dicitur *viaticari* is,  
qui sibi prospicit de rebus necessarijs  
profectioni, ita etiam à sacris scri-  
ptoribus divina Eucharistia identi-  
dem nuncupatur viaticum, sicut ex-  
pressè vocat ipsum Concil. Nicæ-  
num *can. 13.* & refertur *cap. ijs qui,*  
*26. q. 6.* ubi caveretur, ne ij, qui  
vitâ creduntur discessuri, ultimo &  
necessario *Viatico* priventur. Ubi  
nomine Viatici sacram Eucharistiam<sup>179</sup>  
designari certum est ex ipso textu, &  
interpretibus; ut proinde sacratissimi  
Corporis, & sanguinis Christi sum-  
ptionem possemus non solum Plau-  
tinâ in *Bacch.* sed etiam Christianâ  
phrasi nuncupare *Viaticam Cœnam.*

2. Cùm plerique Theologi apud<sup>180</sup>  
Vasq. *tom. 3. in 3. part. disp. 214.*  
asserant, omnes Christianos eccle-  
siastico, imò etiam divino præcepto  
sub

sub mortali astringi ad sumendam in articulo mortis sacrum viaticum, nec debeat ullo modo dubitari de consuetudine obligante, ut notat Dicastillo *disp. 10. n. 14.* est tamen inter hos ipsos dissensio, utrum debeat sumi per modum viatici, & quid sit sumi per modum viatici.

Item an etiam à quovis adulto, & capaci necessatio sumendum sit in articulo mortis.

¶ 81 Etenim aliqui Doctores, quos tacito nomine indicat Vasq. *l. c. n. 12.* censent, tunc solum sumi per modum viatici, quando sumitur cum intentione sese parandi ad iter æternitatis ingrediendum, seu ad felicem mortem obeundam; atque per illud annunciandi mortem Domini, ut addit idem *n. 18.* Ipse autem *n. 17.* expressè ait, quocunque animo, seu intentione sumatur, sumi per modum viatici, dummodò sumatur eo tempore, quo pro articulo mortis obligat præceptum. Equidem nos solemus dicere, illi datum esse viaticum,

cum, cui est Eucharistia præbita ob periculum mortis, siue is petierit ratione hujus periculi, siue non petiverit, quia scilicet, vel erat impos mentis, vel cæteroqui non intelligebat illud periculum, intelligebant autem, qui procurabant.

3. Articulus mortis in rigore lo- 182  
quendo differt à periculo, nam articulus mortis, seu ultimus articulus vitæ est ultima quædam particula non magna temporis vitæ, quam mors immediatè sequitur. Periculum verò mortis est occasio vel causa, in qua spectatà, rerum naturà, & spectato eo, quod solet in simili occasione evenire, mors sequetur; vel certò, vel probabiliter, vel prudenter debet, aut potest timeri. Hinc 183  
est, ut aliud dicatur certum, aliud probabile, aliud dubium periculum; idque vel proximum, quando adest causa, vel occasio, unde mors brevè solet, aut potest sequi, aut prudenter timeri potest statim securura. Re-  
mo-

morum verò quando est quidem causa talis mortis, non tamen ita proxime, quin futura sit aliqua considerabilis distantia, vel necesse sit, ut aliqua alia concurrant, quæ adhuc non adsunt, nec putantur ad futura tam citò, quin restet aliquod tempus considerabile, antequàm omnia mortis adferendæ necessaria concurrunt. Ita P. Dicastillo *l. cit. n. 26.*

184 4. Quamvis autem, ut dixi articulus mortis à periculo differat in rigore, Doctores tamen hæc duo promiscuè confundunt, cùm in hac materia, tum in materia de absolutione in articulo mortis concessis, ut observavimus & explicavimus in *Thesauro Ecclesiastico Indulgent. p. 2. cap. 34. n. 618. & seqq.*

185 5. Nomine moribundorum intelligimus illos, qui sunt constituti in periculo mortis, vel certò vel probabiliter imminentis.

186 6. Singulariter hisce consultum est, ut toties hâc cælesti annonâ ad

æter-

æternitatis iter se reficiant, quoties id  
faciendum esse pronunciat aliqua  
probabilis sententia, esto alia  
etiam probabilis neget obliga-  
tionem, dummodo non neget per-  
missionem, & fieri queat sine aliorum  
incommodo, singularitate odiosâ.  
Nam saltem in hoc articulo decet  
habere præ oculis duplicem regulam  
duorum Pontificum: *In dubijs se-  
mitam debemus eligere tutiorem, c.  
ad audientiam de homic. Et Tene cer-  
tum, dimitte incertum: c. si quis de  
penit. dist. 7.*

7. Itaque si octiduo post sum- 187  
ptam Communionem Paschalem in-  
cidas in morbum lethalem, pere via-  
ticum, Vasq. d. 214. c. 2. cum mul-  
tis contra multos negantes obligatio-  
nem petendi. Sanè Concilium Car-  
thagin. IV. à Leon. IV. approba-  
tum sancit sine limitatione, *ut positæ  
in in infirmitate viaticum accipiant.*  
Et Quintanadvenas asserit, esse cer-  
tum

tum quod debeat perire, si 15. dies intercesserunt.

188 8. Quin Hurtad. approbante Diana p. 4. tr. 4. res. 197. Quintanadvenas *sing.* 9. referens plures censet, id ipsum necessariò faciendum, casu quo sanus ac vegetus accubisti in æde sacra, & eodem die (jejunus tamen) corripere morbo, mortem jam jam minitante; quod tamen ne quidem licere ait Suar. aliique plures, censente è diverso Quintanadvena sufficere, si intercedat spatium unius horæ.

189 9. Quoties ratione morbi periculosi labaris (quod Deus vel maximè tunc avertat) in aliquod p. m. putat Sotus in 4. d. 12. toties resumendum tibi esse viaticum; sed ejus quantumvis Doctoris magni opinio parvi, pro dolor, penditur ab ægrotis ipsis. non magni à Theologis sanis cum, & apud Bonacin. q. 7. p. 1. n. 3. licet non careat apparente ratio-

tione, atque plurimum expediat sequi.

10. Non jejunos communica toties, quoties Casu *XIIX. n. 315.* dicimus tibi licere. 190

11. Applica tibi nonnulla ex ijs, quæ Casu *XXI.* statuemus de Parochi obligatione ad Eucharistiam ministrandam.

12. Capellanus Monialium pro 191  
communicanda ægra toties ingreditur monasterium, quoties ipsa petet, vel ex vi Regulæ, & consuetudinis monasterij. Sanc. tom. 2. mor. l. 6. c. 16. vel solita fuit communicare sana. Quintanad. *sing. 3.* vel ipsa petit. Joan. Sanch. *d. 22. n. 22.*

Sed cavendæ sunt hîc aliorum  
offensæ, scandala  
&c.

☩) o (☩

Ebrio moribundo an Communi-  
candum?

### Casus XIII. Temulenti.

192 **N**ivardus è publica taberna de-  
mum redit probè, seu potiùs im-  
probè potus; paulò post visce-  
rum dolores ita illum cruciant, ut vi-  
deantur extrusuri animam; quare  
uxor jabet curriculò advocari Con-  
fessarium; adest mox vir Religiosus  
perdoctus, usùque longo peritus; at-  
que ita tractat, explorat egrum, ut  
censeat, se à satis compote mentis ex-  
torsisse suffioientem dolorem, & ma-  
teriam absolutionis, quam proinde ipsi  
impertitur; rogatus autem instanter  
Vicarius Parochi, ut ei ministret duo  
postrema Sacramenta, renuit con-  
stanter, dictitans & egrum illum o-  
mnino esse ebrium, & nullum ei peri-  
culum vitæ adesse.

Quæ-

Uæritur igitur *An non deliquerit*  
**Q**uæritur igitur *An non deliquerit*  
in regulas practicæ prudentiæ, se-  
quendo suum potius, quam confessarij  
iudicium?

Resp. 1. Poterat, non tamen te-  
nebatur stare ejus iudicio & facto; 193  
foret enim nimia servitus libertatis  
humanæ, si quis astrictus esset, se opi-  
nioni unius, quantumvis prudentis  
viri, nullâ in ipsum autoritate pot-  
lentis subijcere in actione indivi-  
dua.

Resp. 2. Re ipsâ rectè fecit ne-  
gando, quia noverat, illum homi- 194  
nem esse infamem à temulentia, pau-  
lò antè fuisse tumultuatum in plateis,  
esse ita validæ complexionis, ut non  
videretur tam citò expiraturus, sic-  
uti reverà hand ita mukò post surre-  
xit in pedes sanus; uti quidem scio,  
utpote qui annis abhinc 38. interfuit  
illi actui, cujus omnes personæ jam  
pridem ad plures abiére. Cæterùm  
quia fit non rarò, ut ebrij tempore  
ebrietatis plenæ deducantur in ur-  
gens

gens periculum mortis ob lapsum, ob  
vulnus à pecude, vel homine illatum,  
ob catharrum &c.

- 295 **Q**Uæritur generatim quomodo pa-  
rochus debeat sese gerere, quando  
ad talem advocatur? Resp. Vel con-  
stat ebrietatem fuisse voluntariam, &  
tunc non est dandum viaticum, quia  
non est mittendum canibus, ut canit  
Ecclesia; est autem canis ebrio præ-  
stantior, asinus melior. S. Chrylost.  
hom. 50. in Matth. disertè suo more  
296 tractans hoc argumentum. Si con-  
stat, ebrietatem contraxisse planè in-  
culpabiliter, quia videl. combibones  
ejus vino immiserunt salem, sicuti  
multi fecêre teste Jul. Claro in pract.  
crim. q. 93. n. 12. aut vinum gene-  
rosum, affuderunt putanti affundi  
aquam, quemadmodum nonnulli  
faciunt joco satis illiberali; aut in  
æstu, & jejunus bibit, vel hausit me-  
racum, cujus vires ignorabat, non  
prævidens periculum ebrietatis, quo  
pacto plurimis eripitur Ratio, po-  
test,

test, & ei debet ministrari viaticum. Nam nec obest, quòd non sit jejunus, quia in tali discrimine non habetur ratio jejuniij; nec quod sit planè ebrius; nam ex una parte ebrius comparatur furioso *c. venter dist. 35.* ex altera parte supponitur illa ebrietas fuisse vel planè inculpabilis, vel non graviter culpabilis; non debet autem quis suo jure sine culpa privari *c. discretioni, de eo qui cognov.* Et verò <sup>197</sup> in dubio præsumitur ebrietas esse involuntaria, quando accidit illi, qui nunquam, aut vix unquam fuit vino depositus; nam de nullo debemus facile præsumere delictum *l. merito ff. pro socio* sed quemque reputare bonum, donec probeatur esse malus *l. omni modo ff. de inoff. test.* Sicuti vice versâ præsumitur fuisse voluntaria, quando corripuit illum, qui solitus est mentem exturbare vino. Quia semel malus semper præsumitur esse malus, ait Reg. 8. juris in 6. Et ex vita præterita præsumitur de

*præsente c. mandata & c. cum in ju-  
ventute de præsumpt.*

198 Adde in dubio, utrùm æger ille in-  
currerit perfectam ebrietatem, seu  
privationem usus rationis per potum,  
an verò solùm imperfectam, seu cra-  
pulam à nostratibus vocatam *ein  
Kausch* / quæ mentem quidem, ac  
linguam & fortè pedes aliquantum  
turbarit, reliquerit tamen facultatem  
sat commodè distinguendi inter bo-  
num & malum, in hoc, inquam, du-  
bio esse declinandum in partem mi-  
tiores, obrationes paulò anrè alla-  
tas, & autoritatem Menochij *de pro-  
bat. Concl. 579.*

199 An verò in plena, culpabilique  
ebrietate extinctus, sit à parocho  
privandus sacrâ glebâ, & sepeliendus  
sepulturâ asini nec ne, est alterius di-  
sputationis. Observanda cujusque  
Diœcesis consuetudo; scio alicubi  
negatam sacram sepulturam, scio ali-  
cubi concessam. Ego ob graves  
agnatorum offensiones censeo, in  
dubio

dubio de consuetudine esse sequenda  
mitiora ; nam in his, in quibus non  
invenitur jus expressum, declinan-  
dum est in humaniorem partem *c.*  
*fin. de transf.* Licet cæteroqui judi-  
cem ebriosos nullâ prorsus veniâ,  
sed gravibus supplicijs dignos. Ple-  
nam tractationem spectantium ad  
hoc secundum quæsitum suppeditat  
nostra Theologia Juridico-Moralis  
*cap. 21. & 5.*

*Capite damnatis an Communi-  
candum ?*

## Casus XIV. Tragicus.

**O** Librius cùm de homicidio ac-  
cusatus adstaret Hispali ad tri-  
bunal Regij Senatûs, ut suæ  
causæ relationem audiret, ita accensus  
fuit, ut cultellum, quem absconsum  
habebat, eximeret, & relationem fa-  
cienti vulnus infligeret, statimque re-  
gios ipsos iudices pro tribunali seden-

tes petijt, ut eos vulneraret, imò occideret, quod evenisset, nisi compedibus impeditus fuisset tribunalis gradus ascendere, atque tunc in illorum primo comprehensus, ligatusque pedibus ac manibus, ac statim confessione præmissâ ad patibulum ductus est, quò eum comitatus sum.

201 Hæc sunt ipsissima verba P. Antonij de Quintanadennas *Singular. tr. 4. sing. 15. n. 6.* qui subdit, futurum fuisse consultius, si supplicium fuisset dilatum ad triduum; & rectè quidem; putem ego fuisse dandum saltem brevius spatium, pro dando viatico, si fieri potuit absque notabili incommodo. Nec excuso omnes Capitaneos, Colonellosque, qui milites in flagranti deprehensos jubent absque Synaxi fieri longas litteras proximæ arboris. *Nostræ Synod. Constitut. part. 1. tit. 10. n. 8.* meritò minantur pœnam ijs, qui adversantur, quò minùs id ultimum beneficium consequantur miseri.

Quæ-

Quæritur autem 1. *An iudex sub 262*  
**Q**uæritur autem 1. *An iudex sub 262*  
mortali teneatur dare damnato ad  
mortem, spatium vefcendi pane vivo,  
& mortali ? Resp. Teneatur per se  
loquendo. Bonacina de Euchar. diff.  
4. q. 7. p. 1. citans multos contra  
Navarrum ; nam & ita statuit Pius  
V. in motu proprio, & charitas  
Christiana id præcipit, quò scilicet  
miser homo possit in fortitudine cibi  
cœlestis ambulare animosè ad patibu-  
lum, generosè vè cœlum.

*Quid si autem subsit periculum, ne 203*  
*interim evadat Reus ?* Bonacina  
respondet, esse ei nihilominùs dan-  
dum spatium ; sed certè Judices non  
capiunt hanc Theologiam, dicentes  
cum Canonistis, esse malitijs homi-  
num obviandum. c. *sedes de rescr.*  
Nec auderem damnare nolentes ca-  
pere, aut longius spatium negantes  
illi, qui aut priùs dato noluit uti, aut  
corporali incommoditate E. G. vo-  
mitu impeditus nequijt. Quintanad-  
vennas *loc. cit.*

- 204 **Q**Uæritur 2. *quo die sit mortis damnato præbendum viaticum?* Resp. Non ipso die mortis communiter loquendo. Zerola in praxi p. 2. *Verb. damnati*; nostræ Constitut. Synod. loc. cit. propter reverentiam Sacramenti ut ajunt, nam irreverentiæ species est, ducere ad mortem eum, qui credi potest habere *Reverendissimam Christi humanitatem intra se latentem*, inquit Navarrus. Hæc tamen irreverentia, licet ejus ratio haberi debeat in hac Diœcesi, nec agnoscitur Romæ, ubi solent ipso die mortis roborari escâ cœlicâ, sicut testantur plures scriptores, & scio alibi quoque practicari, nec est tanta, quin liceat (in hac quoque Diœcesi, ut arbitror) casu, quo Judex non vult expectari in crastinum. Et quidem licet tantum una hora intercedat inter communionem, & suspendium. Quintanad. loc. cit. Pax Jordanus n. 24. & alij. Imò etiam si illico post communionem raperetur ad mortem. Quintan. *Singul.* 13. n. 9. Etenim

*Communic. Casus XIV.* 727

e. is qui 26. q. 6. dicitur : *Si quis continuo creditur moriturus infundatur ei Eucharistia.*

*At species Sacramentales consumen- 206*  
*tur in corpore mortuo ?* Vel id non est  
inconueniens iudice Quintanad. n.  
11. vel necessitas, aut utilitas tollit  
inconuenientiam. Unde etiamsi vul-  
neratus esset statim moriendus, quo  
ei esset ministrata Eucharistia, debe-  
ret ei ministrari. Sic *l. c.* loquitur  
Joan. Sanch. melior Theologus,  
quàm Grammaticus. Et hæc vera  
sunt, licet reus mortis jam commu-  
nicasset pridie pro viatico, Sanch.  
*l. c.* Quintan. *sing.* 14. extendentes  
ad casum, quo jam sumpsit cibum.  
Addit Quintanad. esse consultum, 207  
ut quot diebus post intimatam mor-  
tis sententiam etiamsi 20. interce-  
dant, robovent se pane cælesti, &  
quidem non jejuni pridie, vel ipso  
die mortis, si non possint sine incom-  
moditate manere jejuni usque ad sa-  
cerdotis adventum. Probo confi-  
lium,



## Confesso

tium, sed ad praxin quis redigat, aut redigi permittat?

*Confesso Communicandum?*

## Casus XV. Paschalis & Tremendus.

208

**P**ublia in paschate cum cæteris percipiens sacrosanctam Eucharistiam, terribili Dei iudicio cepit spumare, agitare linguam, nec tamen quidquam eloqui. Ante communionem sanissima fuerat, indignè accedens ad Sacramentum subito in tantum debilitata est, ut nullum membrum movere posset. Etenim multis onusta peccatis tam salutarem medicinam prorsus imparata sumpsit. Itaque sacra Christi corporis communio non remedium ipsi attulit, sed tormentum. Porro *increfcente* in ea cælesti animadversione, magno cum labore venit ad locum in quo cæsus est S. Engelbertus Martyr Archiepiscopus Coloniensis, moxque restituta sanitati.

Hoc

Hoc divinæ ultionis exemplum 109  
describit suis verbis ex Cæsario Su-  
rius in vit. S. Engelberti ad 7. No-  
vembr. lib. 3. circa cujus vindictæ  
causam.

Quæritur I. utrum accedere ad hoc 210  
sacramentum cum conscientia pec-  
cati ( mortalis ) sit gravissimum o-  
mnium peccatorum ? His verbis pro-  
ponit hanc quæstionem S. Th. cit.  
q. 9. 80 a. 5. ac respondet, esse qui-  
dem gravissimum, non tamen omni-  
um gravissimum. Gravissimum  
quidem, quia tunc peccatur in ipsam-  
met humanitatem Christi; ideoque  
est atrocius peccatis contra homines  
admissis, habetque quandam simili-  
tudinem cum scelere, quo Judæi  
Christum crucifixerunt, & quo ne-  
farius homo Eucharistiam objiceret  
canibus, aut projiceret in cloacam,  
ut explicat *ibid.* S. Doctor. Non 211  
ideo tamen gravitate superat omnia  
alia peccata, nec enim est tam atrox,  
quàm illa, quibus ipsa divinitas im-

mediate offenditur, ac temeratur, ut quando quis Deum negat, vel blasphemat. Ita S. D.

- 212 Porro tantò est gravius peccatum indignè communicantium, quantò majora, plurave crimina sunt, quorum reus manducat carnem Christi. Hæc tamen circumstantia aggravans est postea necessariò exprimenda in confessione. *Valq. d. 207. cap. 1.* Quaquam *Dicastillo disp. 9. n. 12.* contra *Lugonem disp. 14.* *Rhodes de Euchar. disp. 1. & 4. sect. 1. §. 1.* & alios non improbabiler cum alijs negat, illum qui non jejunus, simul & excommunicatus ingerit se in mensam Angelicam, satisfacere confitendo præcisè: *Communicarvi semel sacrilegè.* Sed tuta est sententia Lugonis. An verò talis satisfaciat, si præcisè confiteatur: *Aliquod Sacramentum suscepi indignè,* non disputant DD. Nobis videretur non satisfacere, quia juxta S. Th. *l. c.* sacrilegè communicans afficit

Hoc divinæ ultionis exemplum 109  
describit suis verbis ex Cæsario Su-  
rius in vit. S. Engelberti ad 7. No-  
vembr. lib. 3. circa cujus vindictæ  
causam.

**Q**Uæritur I. utrum accedere ad hoc 210  
sacramentum cum conscientia pec-  
cati ( mortalis ) sit gravissimum o-  
mnium peccatorum ? His verbis pro-  
ponit hanc quæstionem S. Th. cit.  
q. 9. 80 a. 5. ac respondet, esse qui-  
dem gravissimum, non tamen omni-  
um gravissimum. Gravissimum  
quidem, quia tunc peccatur in ipsam-  
met humanitatem Christi; ideóque  
est atrocius peccatis contra homines  
admissis, habetque quandam simili-  
tudinem cum scelere, quo Judæi  
Christum crucifixerunt, & quo ne-  
farius homo Eucharistiam objiceret  
canibus, aut projiceret in cloacam,  
ut explicat *ibid.* S. Doctor. Non 211  
ideo tamen gravitate superat omnia  
alia peccata, nec enim est tam atrox,  
quàm illa, quibus ipsa divinitas im-

mediate offenditur, ac temeratur, ut quando quis Deum negat, vel blasphemat. Ita S. D.

- 212 Porro tantò est gravius peccatum indignè communicantium, quantò majora, plurave crimina sunt, quorum reus manducat carnem Christi. Hæc tamen circumstantia aggravans est postea necessariò exprimenda in confessione. Valq. d. 207. cap. 1. Quaquam Dicastillo *disp. 9. n. 12.* contra Lugonem *disp. 14.* Rhodes de Euchar. *disp. 1. & 4. sect. 1. §. 1.* & alios non improbabiliter cum alijs negat, illum qui non jejunus, simul & excommunicatus ingerit se in mensam Angelicam, satisfacere confitendo præcisè: *Communicavi semel sacrilegè.* Sed tuta est sententia Lugonis. An verò talis satisfaciat, si præcisè confiteatur: *Aliquod Sacramentum suscepi indignè,* non disputant DD. Nobis videretur non satisfacere, quia juxta S. Th. *l. c.* sacrilegè communicans afficit

ficat injuriâ ipsum Corpus Christi, non autem sacrilegè suscipiens confirmationem, vel extremam Unctionem.

Tenendum quoque, esse tutum in conscientia, qui pro sumendâ Eucharistia præmisit confessionem, ac priusquam re ipsâ sumat Corpus Domini, deprehendit, illud peccatum esse certum, & non dubium, attamen accedit Sacramentam; licet quippe commendandus sit, si factò suo approbat doctrinam Dianæ *part. 9. tract. 3. res. 6.* censentis, talem per se loquendo debere recurrere ad confessarium, ut illud crimen aperiat ipsi tanquam certò commissum; quia tamen contraria sententia habet adhuc plures patronos, quàm quæ, ut videbimus *n. 223.* absolutè negat, Confessionem peccatorum dubiorum esse necessariò præmittendam communioni, intérque hos Pellizarium, & Tamburinum *in Meth. expeditæ confessionis l. 2. cap. 1. p. 2.*

Caramuelem in *Theol. Moral. l. 3. disp. 4. n. 1539.* teste ipsomet Diana, idcirco erit adhuc tutior in conscientia is, quo de loquimur, quàm qui ne quidem fuit ut dubium fassus illud peccatum; & habebit insuper hanc rationem, quia videlicet fuit directè absolutus ab eo peccato; igitur non satis apparet necessitas recurrendi tunc ad novam directam absolutionem petendam. At sequere tutior.

215 **Q**Uæritur 2. *An, & quatenus peccata venialia efficiant infructuosam, aut illicitam perceptionem augustissimi Sacramenti.. Resp. 1.* Nullum peccatum veniale reddit omnino infructuosam, seu destitutam infusione augmenti gratiæ sanctificantis; atque adeò non est peccatum mortale communicare cum quocunque peccato veniali. Ita omnes, teste Tannero *tom. 4. disp. 5. q. 8. n. 61.* contra Marsilium apud eundem *n. 58.* & quendam Dogmatistam, qui

qui referente, & refutante nostro  
Georgio de Rhodes *tom. 2. Theol.  
Scholast. d. 1. de Euch. q. 4. sect. 1.  
ff. 3.* contendit, illum sibi mandu-  
care mortem, qui sumit Eucharistiam  
non purus ab omni veniali peccato;  
& ab omni affectu ad illud, itémque  
ab omni affectu inordinato, & ab om-  
nibus habitibus malis, omnique  
phantasmate. Sed hunc phantasia<sup>216</sup>  
laborantem, & ut paulò post asserit  
Rhodes, hæreticis principijs sub  
schemate valde religiosi Catholici ni-  
tentem novatorem refutat hæc ratio,  
quòd ex sensu universalis Ecclesiæ  
constet, illum solum manducare, &  
bibere indignè, seu lethifere carnem,  
& sanguinem filij Dei, qui accedit  
gravatus conscientia peccati mortali-  
s. *Trident. Concil. sess. 7. Can. 11.*

II. Imò satis probabile est, nec<sup>217</sup>  
venialiter quidem per se loquendo,  
delinqui ab eo, qui conscius plurimum  
peccatorum venialium nullo dolore,  
aut confessione delectorum, sine ta-  
men

men complacentia in illis, edit de pane Eucharistico. Ita Tannerus cir. n. 61. Rhodes *loc. cit.* & apud ipsum Valentia, Sa, Vasquez, Diana, Joan. Sanch. nec videtur dissentire Suarez de *Euchar. disp. 66. sect. 1.* sed potius consentite, licet à Rhodes citatus in contrarium. Ratio est, quia nec in scriptura sacra, nec in SS. PP. habemus fundamentum dicendi, fuisse à Christo Domino imperatam pro hoc, aliisque Sacramentis homini fragili execrationem venialium peccatorum. Sanè S. Hilarius relatus cap. *Si non sunt de consecr. dist. 2.* sic loquitur: *Si non sunt tanta peccata, ut excommunicentur* (id est excommunicari possit quis, sicuti interpretatur Glossa) *non debet à medicina corporis & sanguinis Domini separari:* Atqui ob sola mortalia potest quis saltem ordinariè excommunicari.

219 III. At verò noxæ venialis est reus, qui accedit hoc divinum epu-

Ium cum peccato veniali, afficiente ipsum actum communionis. Suarez, Tannerus, Rhodes, alij locis citatis. Ratio est, tum quia S. Augustinus celeberrimo illo cap. *quotidie de consecr. dist. 2.* de peccatis venialibus disertè locutus expressè dicit: *Habentem adhuc voluntatem peccandi gravari magis dico perceptione Eucharistiae, quam purificari.* tum quia hoc ipso, quòd illud peccatum veniale afficiat actum communionis, refundit in illum malitiam instar veræ circumstantiæ: ergo efficit ut ipsa communio sit verum peccatum.

Dices: *Quomodo ipsamet commu- 220*  
*nio est verum peccatum, cum sit actio*  
*sacratissima, sanctissima?* Resp. Est  
per se, atque secundum substantiam,  
objectumque suum actio sanctissimi-  
ma, sed potest per accidens esse ma-  
la, ac pessima, propter malam, ac  
pessimam, sceleratissimamque cir-  
cumstantiam. Porro tunc circum- 221  
stan-

stantia venialiter mala afficit actum communicandi, quando communicas vel ob finem venialiter malum, vel cum distractione voluntaria, complacentiave in aliquo peccato veniali. Suarez, *loc. cit.* vel cum conscientia onerata peccatis venialibus, non finente te assurgere ad devotionem, nisi elicias dolorem de illis, si enim tunc omittas dolere, censeris & à S. Augustino, & à Suarrio gravari communionem, seu peccare communicando.

- 222 At verò conscio p. m. post confessionem admitti nefas per se est, absque nova Confessione accedere illam Cœnam magnam, quia tunc indignè manducat, non dijudicans Corpus Domini 1. Cor. 11. *Etiamsi probabilissimè credat se perfectè contritum?* Ita sanè judicat Trid. Synod. *sess. 14. c. 7. & Can. 11.* ac bene reliquos inter defendit Didac. Nugnus in q. 80. a. 4. *Etiamsi Angelus id revelaret?* Imò licet Arch-
- chan-

Changelus, quia hoc præceptum non est de fine, sed de medio. Diana p. 9. tr. 3. ref. 3.

Quid verò si solum dubitat, utrum<sup>223</sup> peccarit mortaliter nec ne? Resp. Henriq. l. 8. c. 45. n. 2. litt. P. Eman. Sa verb. Euch. n. 13. Tann. n. 30. Valerius Reginaldus lib. 29. n. 99. restringens ad casum non propendentis magis in unam, quam in alteram partem. Caramuel in Theol. Fundamentali num. 1321. nihil restringens, contra plerosque censent non esse necessariò confitendum, nec sine suffragio Concil. Trident, utpote quod loquitur solum de ijs qui sunt consciij p. m. c. 7. seu quos gravat conscientia p. m. cit. can. 11. Quis autem unquam mortalium dixit, se esse conscium illius rei, de qua dubitat? Et quàm impericè confiteretur, qui dubitans, utrum consenserit turpi delectationi, utrum necarit Sacerdotem, diceret con-

confessario : *Sum mihi conscius me consensisse, me necasse?*

225 Nos sententiam hanc suademus multis Scrupulosis, oppositam discretè in hac ipsa materia traditam à Melchiore Flavio Abbreviatore Scoti in 4. d. 9. cæteris, non ut certam, sed ut tutiorem, probabiliorèque saltem ob autoritatem; sicut nec certum est, confessionem mortalium esse communioni præmittendam vi præcepti Divini, ut post Sotum in 4. d. 15. fert communior sensus Recentiorum; cum sit probabile solius Ecclesiastici, ut agnoscant Suar. d. 66 sect. 3. Coninck. Less. apud Diamam p. 9. rr. 3. ref. 2. negantem, se audere hos Theologiæ Gigantes ullà censurâ notare, cum tamen Nugnus

226 illam opinionem vocet prorsus improbabilem. Illud omnino tenendum, quod expressit Flavius l. c. certitudinem probabilem, quæ plus (addo ego cum multis, etiam quæ minus) tendit in unam partem

(sci-

(scilicet immunitatis à mortali) ad dignè communicandum sufficere; quidni enim ex hac speculativè probabili inferam praëticè probabilem?

**Q**uæritur 3. *Quid respondendum?* 227  
*Sit ad hunc casum, qui in hac Diocesi contigit abhinc quadirennium?*

Pancratius juvenis rusticanus Paschalem communionem adiit anno 1657. absque exomologesi. Parochus illum defert ad Superiorem Ecclesiasticum, à quo citatus, & propria confessione, quæ omnium probationum efficacissima est, teste Mascardo de probat. conclus. 344. convictus graviter reprehenditur, atque ad Pœnitentiarium mittitur, ut hoc suum delictum inter cætera manifestet in secreto tribunali.

*Quæritur an neccè?* Resp. Restit. 228  
simè, & imitatione dignissimè. 1. quia poterat esse suspicio, aut præsumptio, quòd Pancratius toto anno se non stiterit confessario, & sic peccârit graviter in cap. omnis utriusque. 2. quia

2. quia egerat contra universalem totius mundi consuetudinem, omnes quippe Catholici solent in paschate tribunal sacrum adire. 3. quia aperte deliquerat in constitur. Synod. quæ p. 1. tit. 8. n. 6. ita sanciat: *Nullus sine prævia confessione, & absolutione ad tremendum hoc sacramentum accedat; qui secus facere deprehensus fuerit, contra eam, ut sacrilegum, & tanti Mysteriorum profanatorem severissimè procedemus.*

229 Sed inquires: Hæc sanctio videtur nimis rigida, alienaque à praxi omnium aliorum Episcopatum, ac iudicio Theologorum; videtur enim comprehendere illos, qui sibi non sunt conscij, nisi peccatorum venialium; quis autem Episcopus, vel Theologus existimavit, posse omnibus Diœcesanis imperari confessionem venialium, cum tam multi negent posse injungi ipsis Religiosis?

230 Resp. Probabile est, eâ lege ligari illos solos, aut qui deliquere, aut  
 quos

quos deliquisse mortaliter præsumi potest ex illorum vita, ac moribus, tum propter rationem nunc primùm allatam, tum quia sanctio expressè loquitur etiam de *Absolutis*, non solum autem negari absolutio ob sola venialia; tum quia correctio iurium vitanda *c. cum expedit de elect. in 6. 2.* probabiliter loquitur statutum de venialibus (deficiente aliâ materiâ) quoque confitendis, sed solo tempore paschalis communionis. Nam hic §. sextus immediatè sequitur illud, in quo fit mentio communionis paschalis. Atqui in dubio debemus sequentem paragraphum ad sensum, & mentem immediatè antecedentis explicare. Socinus *l. 2. consil. 116.* Tuscus *tom. 1. lit. C. concl. 290. n. 7.* 3. intelligi, & à viro cordato defendi potest de confessione, absolutioneque venialium præmittenda (quando non gravat conscientiam peccatum mortale) alijs per annum communionibus; nam

G

verba

verba generatim sunt generaliter intelligenda. DD. in l. 1. ff. de leg. præst. Et in re dubia melius est verbis edicti servire. l. 1. ff. de exercit. act.

- 232 Denique ubi periculum majus intenditur; ibi plenius est consulendum: c. ubi periculum de elect. in 6. est autem in hac Diocesi singulare periculum sacrilegarum communionum, quia catholici hæreticis permixti videntur plurimis in locis. Nec desunt Theologi, qui censeant, ac nervosè satis probent, posse ab Ecclesia præcipi sacramentalem manifestationem venialium, non quidem omnium, sed saltem aliquorum pro obtinenda absolutione. S. Bon. Rich. Cajet. Navar. Vasq. Suar. alij in materia de confessione. Et nominatim tradit Laym. l. 5. tract. 6. c. 5. n. 14. posse à Synod. Diocesana imperari clericis ( addo Laicis ) confessionem venialium, saltem tunc, quando est sumendus Agnus immaculatus. Hanc doctrinam videri possunt sequi no-
- stræ

stræ Constitut. Synod. sicuti indicant verba superius descripta, non tamen extendenda ad illos, qui intra triduum e. g. obirent duas Communiones, confessione præmissa soli primæ. Quis enim suspiceretur rigorem adeò exorbitantem à consuetudine fidelium?

Adde quòd consuetudine rece. 234 prum sit, ut fideles omnes ante paschalem communionem sacerdoti proprio, vel delegato se sistant; si se mortaliter peccasse negent, super hac ipsa reconfessarij examini se subijciant. Layman. l. c. n. 12. Adde rursum, quòd eadem constitutiones gravissimas poenas minentur sacerdotibus, qui non solum singulis 14 diebus (Frisingani, & Ratisbonenses tenentur solum singulis mensibus, sed lchedam exhibere debent) cæteris etiam Minoristis, qui non instituunt singulis mensibus confessionem de peccatis. Hæc in declara- 235 tionem, & defeusionem illius san-

tionis Synodalis dicta sunt, subi-  
ciendo iudicium authenticæ inter-  
pretationi; quæ priusquam habe-  
tur, standum censeo priorè responso-  
ne in foro interno, in externo, quæ  
supra me sunt non tango.

*Non Confesso communicandum?*

## Casus XVI. Commen- dandus.

236 **Q**uirinus Sacerdos, cui deser-  
viebat pro ministro alius sa-  
cerdos confessarius in aliqua  
villa, cum dicendo Epistolam recorda-  
retur peccati in confessione obliti,  
advocavit illum pro confessione illius  
peccati, & quidem sine scandalo, quia  
in ea Capella erat tantum celebrans,  
& minister.

237 Hunc casum his verbis proponit  
Diana p. 9. tr. 3. res. 7. testans, se  
de eo consultum commendasse reli-  
giositatem Quirini. Et sine dubio  
S. Bo-

S. Bonav. in 4. dist. 13. ac Silvest. verb. Euch. 2. q. 6. respondissent adversus Liamas referendum infra n. 247. Quirinum non solum rectè egisse, sed etiam ita agere debuisse in his circumstantijs; quibus libenter assentior, sed pro pleniore doctrina observo, esse tres generales casus, quibus permittitur communicare sacramentaliter non Confesso sacramentaliter.

I. Casus est quando sacerdoti incumbit ex officio celebrare, & tamen deest ipsi copia Confessoris Trident. sess. 13. c. 7. Censetur autem ex officio celebrare parochus 1. festis ac Dominicis Palaus p. 12. 2. Idem pro defuncto præsentè, aut pro benedictione nuptiarum. Tann. n. 39. si videlicet, ut interpretor, non possit facilè alium substituere. 3. Idem cum pro moribundo debet conficere viaticum. Diana l. c. res. 17. post alios contra Ochagaviam. Longè magis si pro se ipso deberet. 4. Quan-

- 239 do etiam simplex sacerdos rogatur ab alijs die festo non habentibus, qui cæteroqui ipsis sacrum legat. Dian. *res.* 9. post Trull. & Garciam contra Palaum. Tann. Suar. 5. Quando idem deberet carere sacro festo die. Palaud, Sorus, Vivaldus contra Suar. Bonac. Palaum *loc. cit.* 6. Quando idem deberet omittere communionem Paschalem. Dian. *res.* 18. cum alijs contra Tann. n. 41. & alios. 7. Quando idem accepit stipendium pro dicendis Missis, vel oblato stipendio rogatur, ut dicat. Henriq. contra Dian. *res.* 13. 8. Quando capellanus ratione capellanix tenetur facere sacrum. Palaus
- 240 contra Dian. *l. c.* 9. Quando sine nota non potest omittere sacrum, ut fatentur omnes. 10. Quando Regularis habens casum reservatum petit per pium confessarium, à suo Superiore immediato facultatem, ut ille confessarius possit ipsum absolvere; si enim Superior neget facultatem,

tatem, poterit ille Religiosus celebrare vel sine omni confessione, ut arbitrantur Præpos. Tambur. Dian. *res. 15.* vel confessione factâ non solum ordinario confessario, ut patet ex claris verbis congregationis Cardinal. apud Dianam, & Quintanadvennam *tr. 13. sing. 11.* sed etiam alteri Patri pio, & gravi. Fag. Belliz. apud Dian. & ipse Quintanad. *l. cit.* referens Rodr. Henr. Fag. Trulenck. alios; nam in hoc casu dat Provincialis, vel Generalis tacite facultatem, ut dicunt isti. Quod etsi propter autoritatem est probabile, non tamen probatur nobis absolute, sicut nec sententiæ hic relatæ *n. 4.* & ( præter nonam ) seqq. si vid. supponamus confessionem esse de jure Divino præmittendam communioni; si enim esset solum Ecclesiastico, tum facile fieri posset, ut ei derogaretur in uno, aut pluribus horum casuum.

- 242 At verò censetur deesse copia confessoris 1. Quando nullus omnino haberi potest, cui confiteri valeas, aut nisi cum magna difficultate, quæ difficultas æstimari debet perpendendo distantiam loci, debilitatem virium &c. Nugnus *q. 80. 4. 4.* censet, distantiam duarum leucarum non esse nimiam, si hodie vesperi recorderis p. m. facturus cras sacrum, maximè si possis habere jumentum in quo possis ire, inquit ille. Sed certè saltem in hyeme ego te non obligarem.
- 243 2. Quando adest quidem alius, sed ei non teneris confiteri; Vel 3. quia non habet jurisdictionem in omnia tua peccata. Armilla, Victoria, alij contra Tann. *n. 34.* & alios valde probabiliter contrarium tenentes; Vel 4. quia tibi oberit, si omnia tua peccata confitearis, esto non sit obfuturum, si sileas aliqua. Silvest. apud Tann. *l. c.* dissentientem meritò cum Nugno *l. c.* Vel 5. quia es Religiosus, & non habes nisi

nisi sæcularem sacerdotem, nec enim teneris ei confiteri, cederet quippe in infamiam Ordinis tui, si ei panderes grande peccatum? Rosella apud Nugnum *l. c.* meritò dicentem hoc esse (communiter) improbtibile. Vel 6. quando deest proprius confessarius, cui devotius confitereris. Richardus referente, & meritò refragante Diana, cum alijs communiter, inter quos Nugnus ait, certum sibi esse, hoc esse falsum.

His adde statutum Trident. Con-244  
cil. *l. c.* hisce verbis: *Quod si necessitate urgente sacerdos absque præviâ confessione celebraverit, quam primùm confiteatur*; quibus verbis vel solum sub veniali, ut volunt Vilalobos, Ledesm. Tamb. Machadus apud Dian. *res. 22.* vel sub mortali, ut omnes nostræ Societatis Theologi teste & approbante eodem Diana, præcipitur, ut si sacerdos urgente necessitate, non autem si ex oblivione, ignorantia, aut etiam mera malitia,

litia, ut contra Navarr. tradunt rectè  
 Suar. alij, omisit confessionem ante  
 sacrum, *quam primum* confiteatur;  
 quæ clausula significat teneri post  
 sacrum statim ut habuerit occasio-  
 nem. Tann. n. 27. vel intra tri-  
 duum, Diana *res.* 23. cum alijs;  
 245 nam: *quam primum*, seu *illicò* idem  
 significant quod post triduum *l. fin.*  
*C. de error. ad & l. fin. C. de judic.*  
 vel denique quando voluerit rursum  
 facere sacrum. Binsf. Molf. Fagun-  
 dez, meritò refutatià Diana, Palao,  
 alijs. Quis enim est tam rudis, ut  
 absque hoc magisterio hujus Conci-  
 lij Oecumenici ignoret, in eo quoque  
 casu faciendum id, quod isti volunt?  
 Quamquam, ut hoc addam, eorum  
 expositio videtur usu recepta in Ger-  
 mania. Certè non puto, esse ex de-  
 cem sacerdotibus unum, qui arbitra-  
 retur, se peccare mortaliter non se-  
 quendo sententias Tanneri, aut Dia-  
 næ; licèt nostræ Synod. Constit.

tit. 9. n. 7. loquantur ut Tridentinum.

II. Casus, quo sacerdos noxâ le. 246  
thali gravatus licitè facit sacrum,  
non exoneratâ apud Confessarium  
conscientiâ, est, quando inchoato  
jam sacro vel recordatur p. m. antè  
commissi, vel tunc primùm (prò ne-  
fas!) patrat. Nam neque tenetur  
recedere ab altari ut confiteatur. So-  
tus 4. dist. 13. art. 6. Nugnus l. c.  
asserens hoc esse certum. Palaus cit.  
p. 12. n. 17. Tann. Layman. alij;  
vel quia nimis indecorè abrumpitur  
sacrum per recessum ab altari, ut  
ajunt hi tres DD. suadente abrumpi  
S. Thoma q. 83. a. 6. vel quia vix  
potest sine scandalo fieri ille recessus,  
ut rectè Nugnus. Neque tenetur ad  
se advocare sacerdotem cui confiteatur,  
propter utramque hanc causam,  
ut ajunt ijdem contra Suar. & alios  
rectiùs obligantes advocari, si ante  
consecrationem, aut saltem offerto-  
rium fieri queat sine incommodo.

247 Sed vix fieri potest, nisi habet sacerdotem alium sibi ministrantem, sicuti habuit noster D. Quirinus, vel sacrum interrumpatur fortè concione. Layman. c. 6. n. 5. Equidem Lianas in summ. part. 2. c. 6. habet pro summo absurdo, si indutus sacra veste confiteare ad aram, aut in sacristia; at hoc absurdum non agnoscunt D d. relati hîc, & n. 237.

248 III. Casus est, quando Laicus nequit omittere communionem sine ignominia, ut suprà diximus de sacerdote, & singulariter declarat Scotus cit. dist. 9. exemplo Religiosi, vi regulæ obligati ad communionem. Declarant autem communiter RR. exemplo Laici, qui altari, ad quod communicaturus est, proximus recordatur p. m. vel post ultimam confessionem admissi.

249 Licet enim per se loquendo teneretur omittere Synaxin, sicuti in primo casu per se clarum est, in secundo autem contra Præpositum ferè omnes DD, teste Dian.

ref.

ref. 10. & Pal. n. 4. consentiunt; Si tamen nequeat recedere sine ignominia, aut scandalo, per invisibilem Pontificem Jesum Christum consequitur absolutionem quantum ad hunc actum, ut peragat Divina, inquit in simili S. Th. *l. c.* Censet autem Diana, facile posse vitari hæc mala; & ego censeo posse sæpius, quam sibi fingant multi. Huc refer ex Scoto *l. c.* sacerdotem, qui jam est indutus sacris vestibus, & non habet ad manum idoneum sacerdotem.

Porro circa hos tres Casus genera-<sup>250</sup>les, & particulares eis inclusos notandum est. 1. esse in ijs loco confessionis eliciendam contritionem, alioquin judicium quis manducabit, & biberet.

*Quid si autem nequeam ob brevi-<sup>251</sup>tatem temporis, aut mentis perturbationem perurgente necessitate communicandi? Resp. Excusaberis à Diana p. 4. tr. 4. ref. 98. post Vasq. &*

Hurtad. Quamquam si sacrum facere velis, sufficet, modò ante consecrationem, imò si ante communionem: Si videlicet tibi in mentem veniat primùm post consecrationem; nec enim teneberis sub gravi peccato elicere contritionem nisi post: *Domine non sum dignus*; & tunc utique superet tibi nova ratio profitendi te indignum. Vide Lugon. *disp. 14. n. 134.* & Dicastillo *disp. 9. dubit. 1. 252n. 27.* Qui etiam *ibid. num. 6.* rectè observat, quando sacrificanti occurrit ejusmodi peccatum post: *Domine non sum dignus*, non esse facilè timendum scandalum, aut perturbationem aliorum, etiamsi impendatur tempus necessarium elicendæ contritioni, quandoquidem sint tam multi sacerdotes, qui eo articulo trahant in suscitandis pijs affectibus tantam moram, quanta necessaria est ad dolorem requisitum, quorum morem defendam adversus eundem Dicastillo in *Alph. sacrific. Cas. ultimo.* At  
 si

si putem me esse contritum, cum sim<sup>253</sup>  
duntaxat attritus; an recipiam gra-  
tiam sacramentalem? Tam multi  
apud Dicastillo disp. 8. n. 99. con-  
tra alios respondent affirmativè, ut  
ob illorum auctoritatem & sit proba-  
bilis affirmatio, & parochi tanto  
studiosius debeant Eucharistiam mi-  
nistrare ægris, non valentibus con-  
fiteri.

Quid si verò peccatum illud admisi<sup>254</sup>  
ante postremam confessionem? Non  
teneris de illo novum dolorem elice-  
re, si ante confessionem elicuisti ex  
motivo se ad illud peccatum exten-  
dente; sic enim est tibi per absolu-  
tionem indirectè remissum. Dica-  
stillo disp. 9. n. 6. Diana part. 9.  
tr. 3. res. 12. ac multi alij contra Me-  
dinam, Graffijs, alios apud Dianam;  
secùs si elicuisses dolorem nec virtua-  
liter, nec formaliter sese extendentem  
ad illud peccatum oblitum. Sed ra-<sup>255</sup>  
rò ita restringitur dolor, quia pœni-  
gentes communiter dicunt: *Domine*  
*Deus*

Deus doleo de omnibus peccatis, quibus te offendi; vel: Doleo, quod te Deum summum bonum offenderim; quo utroque Casu adest dolor exporrigens se ad omnia peccata saltem lethalia.

- 256 Notandum 2. in his casibus non sufficere probabilem metum cujuscunque ignominiae, scandali, aut alterius incommodi, sed desiderari grave, ut conformiter S. Thomae cit. a. 6. requirenti grave scandalum, & Suarezio tom. 3. in 3. part. d. 66. sect. 4. exigenti gravem infamiam reflexè docet Praepos. apud Dian. ref. 15. quamvis Scot. cit. dist. 9. & alij multi non addant adjectiva grave, notabile. Imò Garcias, Machadus, Gran. alij apud Dian. ref. 20. absolutè dicunt, sufficere metum admirationis in populo, eò quòd hæc non soleat esse sine suspitione peccati. Verùm id expressè negat Suar. l. c. testaturque Diana à DD. communiter negari, & meritò quidem in rigore lo-

re loquendo. Quando tamen timeatur, ne ex illa admiratione leves homines accipiant occasionem temerè judicandi, & detrahendi, est sufficiens causa, inquit Suar. meritò ad dens, moraliter loquendo hoc solere sæpe fieri.

*Jejuno communicandum?*

**Casus X. Ridiculus & Geminus.**

**R**olandus bonus sacerdos, multo tempore, ut ex fide dignis accepit, pro reverentia Sacramenti præcepit nucem muscatam, ut bonum odorem stomachi præpararet Eucharistiæ. Sciebat ille, quòd oporteret jejunum communicare, sed non sciebat, se non esse jejunum post sumptam nucem muscatam pro reverentia Sacramenti, nesciens distinguere inter jejunium Ecclesiæ, & Naturæ. Excusatur

*satur ille à mortali, quia plus non sciebat in sua simplicitate gradens.*

258 Ita loquitur Card. Cajet. in Summa V. Eucharistia, iudicans, & meritò, illum Rolandum per se loquendo peccasse mortaliter, quia ejus bona intentio non poterat prævalere præcepto, ac traditioni Apostolicæ, de qua mox ex S. Aug. inducta idcirco in reverentiam hujus Sacramenti, quia ut rectè Scot. in 4. dist. 8. q. 3. minor est reverentia regulariter in pranso, quàm in jejuno.

259 Verùm ut meliùs patefcat veritas hujus utriusque responsionis, & satisfiat multis quàm sinceris, quàm scrupulosis conscientijs, notandum est, jejunium naturæ, de quo loquitur Cajet. post S. Th. esse carentiam cibi suscepti in stomachum, vel in viam ad stomachum, ut ait Scotus *ctt.* q. 3. seu esse tunc, quando quis à media nocte nihil sumpsit per modum cibi, aut potùs. S. Thom, q. 80. a. 8. ad.

4. Su.

4. Sumere autem aliquid per mo- 260  
dum cibi & potûs, est aliquid ore ab  
ab extrinseco sumptum per se actio-  
ne vitali in stomachum demittere  
edendo, vel bibendo. Tann. *disp.* 5.  
q. 8. n. 78. testans, hanc explicatio-  
nem esse juxta, receptam praxim,  
& sensum DD. Certè S. Thomas in  
4. *dist.* 8. q. 1. a. 4. referente Suar.  
d. 68. *sect.* 4. generaliter pronun-  
ciat, per illud, quod non provenit ab  
extrinseco, non frangi jejunium na-  
turale.

Suppositis illis duabus descriptio- 261  
nibus, non tamen ut omnino reci-  
procis, statuo cum Dicast. *disp.* 9. n.  
278. hanc generalem regulam: Tunc  
solum Ecclesia verat communionem  
ob defectum jejuniij; quando præ-  
cessit id, quod in morali æstimatione  
censetur comestio, aut potatio; tunc  
autem censetur esse talis, quando &  
quantitas, & qualitas materiæ, quæ  
trajicitur, & modus trajiciendi illa  
sufficit in morali æstimatione, ut  
cen-

conferatur edisse, vel bibisse; ita ut si harum trium circumstantiarum vel unica desit, non impediatur communio. Itaque sumptio Eucharistiæ non impeditur in his eventis.

- 262 1, Si quid deglutisti, quod nec cibus, nec potus sit; nam talia morali æstimatione non censentur edi, vel bibi. Confirmatur ex communi sensu Ecclesiæ, quem proponens S. Augustinus apud Gratian. *cap. liquidò de consecr. dist. 2.* sic loquitur: *Placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti Sacramenti prius in os Christiani Corpus Dominicum intraret, quam ceteri cibi.* Nota voculam *cibi*, quæ designatur illud solum, & omne, quod à stomacho alterari, inque substantiam hominis converti potest. Cardin. de Lugo *d. 15. sect. 2.* Joan. Sanch. *l. c. n. 23.* Diana *p. 5. tr. 13. res. 1.* Dicastillo. *l. c. n. 282.* contra Nugnum, Palaum, alios. Unde non frangis ieiunium naturæ, licet glutias ungues abrasos, capillos, lignum

gnum durius, aurum, argentum, plumbum, vitrum, ossicula aliquorum fructuum. Ita 4. citati Dd. & addit rebus enumeratis terram à prægnantibus mandi solitam. Dica-  
Stillo.

2. Quando fumum tabaci per os<sup>264</sup> immisisti, Dian. l. c. cum alijs, quia vel ille non descendit in stomachum, vel si descendit, tum fit per actionem respirationis. *Quid si igitur in stomachum meum involet musca? Nequidem si musca factus elephas, quia non descendunt per actionem tuam vitalem. At mihi oscitanti, nec advertenti injicit quis in os urvam.* Ergo si deglutis haud manes jejunus. Rhodes de Euchar. d. 1. q. 4. sect. 1. §. 5.

3. Quando dentibus teris folium<sup>265</sup> tabaci, ut ex instituto resolvit, & respondit Card. de Lugo. l. 1. Resp. moral. dub. 9. Nam & istud quotidie Neapoli factitatur à sacerdotibus sæcularibus, Regularibusque, & nul-  
lus

lus illius folij succus descendit in stomachum, sed agit per vim attractivam, & consensum linguæ cum palato.

4. Quando tempore pestis aliquid aromaticum ore circumfers nihil deglutendo ex intentione, nisi forte minimum quid per modum succi inseparabiliter salivæ sit admixtum. Tann. n. 79.

266. Sicut nec 5. Quando aliquid prægustasti, vel os abluisti, totum tamen rejecisti, præterquam parum aquæ, vini, alterius liquoris, quod salivæ immixtum deglutisti casu. S. Th. l. cit. in C. Palaus p. 13, n. 8. Secus si vel magna quantitate. S. Th. l. c. vel in parva quidem, sed non casu, verum dedita opera. Palaus l. c. Si videlicet illa parva quantitas possit

267. à saliva distingui. Quid si autem gargarizem? Et, ut sit, aquam detineam in ore diutius? Jordanus tom. I. lib. 4. tit. 1. n. 4. sic responderet: Vix possibile est tunc partem aliquam à faucibus

cibus non attrahi : qua de causa nunquam ausus sum aquam sumere intra os, sed quando quæ tamen clausis dentibus, madefacto indice, seu manutergio externas otis partes mundare confricando, idque perrarò : nulla namque cautela superflua censenda videtur in talibus. Verùm cavendum est etiam à scrupulis vanis. Hactenus religiosissimus hic, eruditissimisque Episcopus Dalmatiæ, & Wallachorum.

Nec 6. Quando reliquias pridianæ 268  
cœnæ implicitas dentibus deglutis vel casu S. Th. vel dedita operâ. Paulus l. c. post Suar. *disp.* 68. *s.* 4. non dissentiente Tannero ; nam etiam tunc censentur deglutiti per modum salixæ, & non veniunt ab extrinseco, & censentur pertinere ad comestionem præcedentis diei. Suar. *ibid.* contra Nugnum l. c. *Quid si autem* 269, *reliquiæ sint notabiles, & magnæ ?* Respondet Nugnus ijs impediri Communionem, licet casu trajiciantur ;

tur; duæ posteriores rationes Suarj, quarum prima fundatur apertè in auctoritate S. Th. l. c. dist. 8. probant non impediri. Rationibus hæctenus indicatis, accedit illa generalis, quòd in hisce Casibus videatur deesse una ex tribus supra expressis conditionibus, in quibus subintelligitur illa de sumptione ab extrinseco.

- 269 Jam ad illam quæstionem, utrum hæc in re distinguendum sit inter parum & multum, magnum & parvum, dico in primis; si sit tam parvum, ut per modum salivæ trajiciatur, non frangitur jejunium naturale.
- 270 Itacitati. *Quid est autem trajici per modum salivæ?* Resp. Dicitur id per modum salivæ trajici, quod cum sit minimum quid, & à saliva inseparabile, esto non in illam conversum inadvertenter, seu præter directam intentionem trajiciatur, ut loquuntur partim Suar. & Vasq. ll. cc. cum Dicast. n. 279. partim apud Dian. p. 5. q. 5. ref. 12. Granadus, faventibus Ru-

Com  
Rubrici  
ibi: Si l  
præter i  
unione  
Dico  
mum a  
à saliv  
bi, au  
defini  
cum  
apud  
tit. cap  
vener  
privatio  
ut par  
relati  
Et  
que i  
num,  
quene

C  
EG  
J

Rubricis Missalis *tit. de defectibus:*  
ibi: *Si lavando os, deglutiatur stilla,*  
*præter intentionem non impedit com-*  
*munionem.*

Dico deinde, si quid etiam mini- 271  
mum ab extrinseco sumptum, atque  
à saliva distinguibile per modum ci-  
bi, aut potûs deglutias deditâ operâ,  
desinis esse jejunos. S. Th. *l. c.*  
cum communi contra Tabienam  
apud Vasq. Nam & hoc traditur  
*cit. cap. nihil, & vox jejunos,* quâ  
utuntur Concilia, significat puram  
privationem potûs & cibi quâ talium,  
ut patet etiam ex verbis S. August.  
relatis superiùs.

Estque hæc doctrina vera, quâcun-  
que intentione sumatur illud mini-  
mum, sicuti declarat responsio ad se-  
quentem

Casum ingenij heteroclyti.

**E**Go vidi presbyterum Doctorem 272  
*Juris Canonici, consulentem fœ-*  
**H** *minis*

minis sui oppidi, posse communicare, etsi accepissent frustulum panis benedicti solitum porrigi ad ingressum ecclesiae; agebat enim ipse, ex illa particula panis non frangi jejunium necessarium ad communionem, cum sumeretur ex devotione etiam per modum cibi. Hoc ipsum fecisse mihi retulit, quem cum monerem, ne id ulterius permitteret, nescio an morcm gesserit.

- 273 Difficiliter crederem, exitisse aliquando sacerdotem, & quidem Doctorem juris Canonici, qui censeret, sumptione illorum frustulorum, non agi contra liquidum jus capituli *liquido de cons. dist. 2.* nisi haberem restem omni exceptione majorem, scilicet Joannem Sanchez, qui in *disp. select. disp. 42. n. 22.* verbis huc translatis annis abhinc jam 40. retulit hoc judicium illius Doctoris, cui quidem certum est repugnare persuasionem, simul & usum doctorum, indoctorumque communem; ac proinde frangi jejunium requisitum ad  
 sacram

facra  
 banit  
 runi  
 turve  
 Sec  
 item,  
 ligun  
 mun  
 duo  
 n. 3/  
 nam a  
 ad hor  
 hora,  
 arbe  
 borol  
 nien  
 luer  
 com  
 horo  
 mun  
 quafi  
 logia  
 num  
 matra  
 188.

facram synaxin, si quid etiam ex urbanitate, charitate erga se, vel alterum; aut ex devotione edatur, bibaturve post mediam noctem.

Sed inquires: *Quid per mediam noctem?* 274.  
Item, quâ inchoatur jejunium, intelligunt Theologi? Intelligunt primum ictum horologij, designantis duodecimam mediæ noctis. Lugo. n. 37. Diana, uterque Sanch. alij; nam ab ultimo, aut medio ictu usque ad horam primam, non est integra hora, sed à primo ictu. At in hac urbe Constantia sonant clarè septem horologia, sæpe inter se non convenientia, cui parere debebo? Cui malueris, modò non illi, quod nostri communiter nimis tardè gradi; nam horologia inter se dissonantia, communiter tamen rectè ambulantia, sunt quasi duo Doctores ferrei, aut horologiarij; seu instar duarum opinionum probabilium. Sanch. l. 2. de matrim. d. 41. n. 4. Dicastillo n. 288. cum multis contra alios. *Quid*

275 si autem sit unicum horologium, idque communiter nimis festinans? Eius rationem non habebis, sed mediæ noctis naturalis, quia opinioni veritas est præferenda c. nuper de bigam. Ergo & huic erraticæ machinæ. An igitur tencor ipsâ duodecimâ sonante ex ore reiicere quod ingessi nondum dato primo ictu? Id quidem censent Coninck, & Joan. Sanch. Sed multis fortè videbitur Ecclesia neminem compellere ad hanc inurbanitatem in tali tamque rarò casu; cum præsertim licèt illum bolum trajicias, non idcirco dici queas sumphisse

276 tunc aliquid ab extrinseco. Et si Palaus ac Suar. suprâ relati trajicientem deditâ operâ reliquias præcedentis cœnæ hærentes intes dentes, ideo excusant, quòd videatur illarum deglutitio non esse moraliter distincta à cœna pridiana; cur non excusetur hic? Quid ni dicatur prior illa trajectio in ventriculum pertinere ad cœnam pridianam?

Ergo

*Ergo & excusabis illum, qui audito 277*  
eo primo ictu exhaurit totum craterem,  
quem jam prius ori admo-verat, me-  
diūmque vacuaverat? Non ex-  
cusabo, quia hic propriè dicitur  
sumpsisse ab extrinseco potum  
post mediam noctem. Lugo, alij,  
intérque hos Bresserus *de conscient.*  
*l. 4. cap. 11. n. 107.* subdens tamen  
hæc verba: Quod tamen intelligen-  
dum est de primo sono post prælu-  
dium, ubi hoc fuerit, quod necdum  
inchoat, sed tantum præludit horæ  
sequenti. Probabiliter tamen videtur, 278  
horam duodecimam durare morali-  
ter usque ad ultimum sonum, adeo-  
que interim bibentem, vel etiam co-  
medentem non violare jejunium vel  
naturale, vel ecclesiasticum sequen-  
tis diei; tam diu enim videtur durare,  
quàm diu auditur. Ita ille; & rectè  
quidem me iudice; nollem tamen re-  
cedere à sensu communi. Vide Dia-  
nam *p. 6. tr. 6. ref. 24.*

279 *Quid autem de illo, qui saccarum in os immisit ante duodecimam, & paulatim liquefactum traiecit post duodecimam? An illum arcebis ab ara sacra? Non arceret Tabiena, nec Barthol. à S. Fausto, sicut nec Franciscus Amicus, aliique, viri docti teste eodem Amico apud Dianam part. 7. tr. 12. res. 8. apud Dian. p. 2. tr. 14. res. 51. Sed re ipsâ censeo repellendum cum Vasq. Coninck. Suar. alijs; nam iste casus est frequens, cederétque in magnam fraudem jejuniij naturæ; & saccarum ea intentione immittitur, ut paulatim liquefiat.*

280 *Quid verò si propriè dubitet, an post duodecimam deglutierit aliquid de illo saccharo? Poterit sine scrupulo etiam sacris operari. Ergo & is, qui evigilans hausit frigidam ignorans planè quâ horâ? Ita omnino; si nempe de duodecima dubiter ob rationes occurrentes utrinque, quidquid repugnare videatur Tamburinus mox citandus. Longè igitur magis*

magis ille, qui manè aliquid liquidi aut  
solidi sumpsit in os, sed verè dubitat  
an quidpiam descenderit in stoma-  
chum? Resp. Æquè, si non magis.  
Horum ratio est, quia contra P. Th.  
Sanchez *l. c.* aliòsque sentio, in du-  
bio seu de comestione, ut etiam fate-  
tur Lugo *l. c.* seu de hora comestio-  
nis, ut latè tradit Dicast. *n.* 290. &  
seqq. post Joan. Sanch. *d.* 42. Dian.  
*p.* 3. *tr.* 4. *res.* 29. atque eruditè. P.  
Franc. Bardus de conscientia disce-  
ptat. 6. *cap.* II. *part.* 3. itèmq; Rho-  
des *l. c.* 6. 5. atque Medina apertè  
apud Oviedum in primam secundæ  
*tr.* 5. *Controversia* 4. *n.* 45. & Tam-  
burinus in Decalog. *l.* 1. *c.* 3. 6. 7.  
verbo Eucharistiæ susceptio, atque  
alios, utrùm scilicet quid biberis, aut  
ederis post duodecimam, habere te  
jus communicandi: Quidquid enim  
dicant contrarij authores, in utroque  
dubio favet tibi privilegium posses-  
sionis, quia possides jus communi-  
candi donec probetur supervenisse

impedimentum, quod te privarit hoc jure; etenim facta non præsumuntur, sed probari debent *l. 1. C. de probat.* Itaque non teneris probare te esse jejunum, sed is, qui te à Synaxi repellere vult, probare tenetur, te non esse jejunum. Tibi igitur sufficit, si tibi non constet, te non esse jejunum. Sicuti in dubio an sis irregularis, potes ordines sacros suscipere. Hæc verissima doctrina persæpe proderit Confessarijs.

282 His adde, nil indecens admitti à Religiosis, qui quandoque statim post suum sacrum eunt ad communem mensam, *Dicastillo n. 413. post Sotum.* *At quid de illo, qui nihil somni interponit inter cibum sacrum, & profanum?* potarit teste S. Thoma *q. 80. a. 8.* sine scrupulo accedere divinum epulum, quia nulla lex jubet dormitionem, aut dormitationem interponi.

283 Hæc scripseram in prima editione, cum nactus Theologiam Fundamen-

men-

mentalem D. Joannis Caramuelis ,  
vidi ab eo subtiliter , ac perdoctè , ut  
solet , examinari resolutiones illas ,  
aliásque plures de sequendis horolo-  
gijs , ac demum statui à num. 205.  
ad num. 255. & à num. 280. ad 297.  
hasce propositiones , conclusionés-  
que.

Prima. Nullum rotatum horolo-  
gium est infallibile , hoc est , mathe-  
matica temporis momenta distin-  
guens. Id demonstrat ipsamet ex-  
perientia. Est enim ita difficilè ho-  
ram exactè assequi , præcipuè noctu ,  
ut Tycho Brache fatis cesserit , prius-  
quam modum inveniret , quo horas  
nocturnas metiretur exactè , num.  
207. 284

Secunda. Horologia quæ negli-  
genter diriguntur , aut imperfecta  
sunt , non habent vim opinionis pro-  
babilis. Pater ; non enim fide digni  
sunt testes , quos sæpius mentiri vi-  
demus. *ibid.* 285

Tertia. Horologia bona, quæ diligenter diriguntur, habent vim opinionis probabilis. Hinc patet, neminem debere unum sequi potius quàm aliud, quoniam in merè probabilibus est licita alterutra pars. *ibid.* hanc propositionem probans auctoritate Dianæ, utriusque Sanchez, Fagundez, & aliorum.

286 Quarta. Horologia accurata horæ quadrante à veritate sæpius deviant. Ideo horæ quadrante antequam sonet duodecima incipit dies sequens probabiliter; & æquè probabiliter antecedens dies sequitur quadrante postquam sonuerit hora n.

285 n. 1; 28. Probat utroque loco hanc propositionem; quia horologia Tychonis Brachæ fuerint præstantiora omnibus civicis, Kepplerus omnibus sacristis, & custodibus doctior & diligentior; atqui horologia Tychonica recta à Kepplero, civica ab eo correcta plusquam horæ quadrante

te sæpe, imò etiam aliquando tribus circiter exorbitant. Ergo sine horologiorum injuria dici potest, horologia, quæ bene gubernata dicuntur, intra quadrantis horæ terminos excedendo, deficiendo laxari. n. 219. Probat 2. judicio virorum scientiâ 288 mathematicâ, & Theologicâ excellentium, qui ab eo super hac propositione consulti responderunt esse veram. Probat 3. experienciâ observantium Eclipses, licet enim singuli, quoad possunt, contentur tempore observationis attendere ad horologia accuratissimè directâ, attamen quando suas observationes invicem communicant, multum dissentiunt, quo ad punctum temporis, quo cœpit eclipsis.

Quinta. Hæc positio : *nunc est 289 hora duodecima.* est certò moraliter falsa; nam spatio centum annorum vix semel fuit vera. n. 231.

Sexta. Horologia solaria ferè omnia sunt concepta ( sic loquitur

quandóque lepores aspergens. hic scriptor) in peccato originali, quæ autem in peccato concepta, actualia necessario committunt. n. 236. Assumptum probat, quòd peritiam delineandi arrogent sibi sæpe imperiti, tum quòd ipsimet astronomi sæpe sint negligentes, tum quòd multa sæpe eos fallant, & fugiant.

290 Septima. In horologijs ex intentione artificis, primus ictus campanæ horam præcedentem à sequenti distinguit, ac cæteri adduntur, ut qui indicem aspiciere nequit, horam discat. Hoc certum est, nec ab homine, qui artem noverit, vocatur in dubium. *numero 237.*

291 Hæ sunt præcipuè propositiones, quas exhibet ille autor pluribus folijs, & quas lectori lectu gratas duxi, ideóque huc adduxi.

292 Quòd si quæras, quid de ijs sentiam, respondeo omnes videri mihi veras, tum quia nituntur optimis rationibus, tum quia explicitè vel impli-

plicitè jam in superioribus tradidi secundam, tertiam, septimam; circa quartam adferam inferius aliquod moderamen.

Porro ex ipsis propositionibus deducit ille idem varias conclusiones practicas. 1. reverà fas esse quo ad jejunium, & esum carniū accommodare se alterutri ex duobus horologijs diligenter dirigi solitis n. 212. 2. posse carnes comedi die Jovis usque ad noctis duodecimam, sequendo tardius horologium; posse comedi à media nocte, quæ sabbato & Dominico interest, sequendo velocius, sicuti etiam expresserat in Theol Reg. tit. d. 101. n. 1320. 3. certum esse, illum qui in pago, ubi non est nisi unum horologium, bene regulatum, posse probabiliter credere, illud plùs quàm horæ quadrante à veritate deviare, ita ut possit prudenter poni hinc & inde unus quadrans pro luxationis terminis, licet etiam possit poni major. num. 228. 229. 233.

2954. rectè facturum, qui diem sequentem à priori distinguit moraliter, non metaphysicè, seu mathematicè n. 242. nec curandum, quòd Diana inferat, hinc sequi, illum esse immunem à gravi culpa, qui aut hodierni diei Completorium recitaret primum, sed mox post auditam duodecimam noctis, Dominicam à sabbato dirimentis; aut faceret sacrum, qui paulò post duodecimam sumpsit aliquid cibi; aut qui auditâ duodecimâ exhaurit poculum, quod ori admovebat nondum dato signo primo duodecimæ, aut qui deglutit vinum, quod ore exceperat antequam primus ictus horologii designantis duodecimam audiretur. n. 229. 5. non esse standum doctrina Cardinalis de Lugo *disp. 14. de Euchar. sect. 2. n. 47.* tradentis, illum peccaturum graviter, qui nocte diei Jovis sequeretur in continuando esu carni-um tardius horologium, postridie pro faciendo sacro sequeretur horolo-

logium, quod prius sonuit, nec enim  
apparet cur non tam in hoc quam  
etiam in alijs materijs fas sit in suum  
commodum sequi modò hanc, mo-  
dò illam probabilem opinionem, esto  
inde oriatur aliquod incommodum  
respectu tertij n. 284. aut alicujus le-  
gis quæ non adimpletur. 6. multis 297  
casibus aliter respondendum esse,  
quàm existiment puri ( id est, caren-  
tes cognitione necessariâ ad dirigen-  
da <sup>acta</sup> horologia ) Theologi n.  
206. computantes nonnulla de mo-  
mento ad momentum, cum potius  
deberent computare solum morali-  
ter e. g. tempus primi septennij, quo  
homo incipiat obligari legibus hu-  
manis, n. 236. & vigesimi primi an-  
ni, quo incipiat obligatio jejunandi;  
aut duorum mensium, qui elabi de-  
berent, priusquam obligent leges  
Pontificiæ promulgatæ n. 250. aut  
decimi sexti anni pro valore profes-  
sionis n. 252. aut anni novitatis n.  
252. aut ætatis pro suscipiendis or-  
dini-

298 dinibus n. 254. Hæc enim omnia tempora vult Caramuel computari non de momento ad momentum, sed solum moraliter, non tamen explicat, quousque se extendat illa moralis computatio; nec enim audet integrum diem, imò nec sex horas admittere respectu anni decimi sexti requisiti ad valorem professionis.

299 Quòd si interrogas, quid nobis videatur de istis omnibus doctrinis, seu conclusionibus practicis. Respondeprimam, & secundam nobis absolute probari, sicuti & quartam nominatim probari Bressero, in ordine ad jejunium naturale quoque (nam de Ecclesiastico est minor difficultas) dixi superius.

300 Tertiam ita admitto, ut putem prudenter judicare, qui de ejusmodi horologio dicunt: probabiliter incedit uno quadrante serius, aut citius quam deberet; sic enim cum Caramuele judicarunt viri præstantes, quos ipse consuluit; & ex centum horologijs  
non

non reperietur unum, quòd non multò sæpius aberret uno quadrante, quàm designet horam minore errore. At verò non video causam, cur de singulis horologijs dicam: Est probabile, quòd horologium istud incedat uno quadrante velociùs quàm deberet; est etiam probabile quòd tardiùs.

Quis enim, nisi alia peculiaris causa subsit, hanc tarditatem asserat de illo horologio, quod quadrante, aut dimidiâ horâ sonat citiùs quàm omnia reliqua, quæ sex vel octo numero sint in urbe? De plerisque admitto doctrinam speculativam Carmuelis, sicuti tam admisi superiùs, quia plerisque horologijs aliqua uno quadrante priùs, aliqua insuper uno quadrante posteriùs, indicant horam. Ut proinde quando est unicum horo-  
logium in pago, possit in praxi procedi perinde ac si sciretur, illud se-  
gnius incedere alio, dummodo sus-  
fragetur aliqua probabilis conjectu-

ra, vel testimonium, judiciúmve alicujus dicentis ambulasse toto die tardius. Extra peculiarem conjecturam, rationem, testimonium &c. non sequeretur judicium Caramuelis ita generale. Et possunt confessarij hoc notare propter pœnitentes dicentes, se auditâ duodecimâ bibisse aliquid, habentésque peculiarem rationem credendi, horologium, quòd unicum audierunt, celeriter nimis ambulasse, quia e. g. horologiarius ita asserit, aut ortus sol demonstrat; quidni enim tunc permittatur talibus sacra communio?

303 De quinta conclusione hujus Doctoris quid sentiam, explicabo in *Alphabeto sacrificantium Casu septimo*, ubi ago de tempore sacrificij.

304 Circa sextam censeo quoque non esse mathematica momenta hîc attendenda, cum nec possint, attamen cavendum, ne contra receptum morem cujúsque loci in hac illáve ma-

teria,

teria, extendatur moralis, aut physica  
supputatio.

His omnibus addo, ab eodem hoc<sup>305</sup>  
autore n. 209. approbari disertè no-  
stram superiorem doctrinam de du-  
bicante, utrùm jam sonuerit duode-  
cima, nec ne, quando desijt comedere,  
& nihilominus accedente Eucha-  
ristiam.

*Non jejuno Laico communican-  
dum?*

**Casus XIIII. Practi-  
candus**

**S**ophronius in morbo lethali con-<sup>306</sup>  
stitutus, die Dominicâ Palmarum  
sumpsit sacram Synaxim, sed du-  
rante eodem morbo, desiderio desidera-  
bat Pascha manducare nobiscum fer.  
V. Cœnæ Domini, utpote Religiosus;  
non poterat autem sine permagna dif-  
ficultate manere jejunus à potu usque  
ad quartam, vel quintam matutinam;  
quare

quare ei petenti data est incruenta hostia sub horam septimam non jejuno, an potuit, an debuit?

307 Resp. Potuisse, debuisse; rationem utriusque intelliges ex dicendis hoc articulo, seu Casu, quo ferè agitur de solis constitutis in mortis discrimine tam clericis quàm laicis; præfert autem titulus articuli solùm laicos, quia sequens differet de solo Sacerdote.

308 **Q**uæritur itaque 1. *Quidnam intelligatur per constitutum in periculo mortis, de quo solent hic loqui DD?* Resp. Omnis ille, cui mors imminet ex ægitudine, Judicis sententia, navigatione, prælio, parturitione &c. De his omnibus generibus dicimus, singulis eorum licere etiam non jejunis participare de corpore, & sanguine Salvatoris, quando res sunt eo loco, ut si jam non participant, participaturi sint nunquam,

309 Etenim Concil. Constant. sess. 13. expressè permittit illud à non jejunis

per-

percipi, in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis, à Iure vel Ecclesia concessio, vel admissio; hæc enim sunt verba Synodi; admittit autem Ecclesia in omni casu; in quo mors imminet, ut probat communis sensus Doctorum.

*Debétne autem illa mors imminere <sup>210</sup> invito? An sufficit, si impendeat danti sese ultro in periculum vite?*

*Resp.* Sicuti facultas à casibus reservatis absolvendi quemvis in articulo mortis concessa cuivis sacerdoti, intelligitur de illo solo, qui physicâ aut morali necessitate devenit in illud periculum. Sanch. lib. 2. moral. c. 13. n. 3. post Cordub. ita & hîc. Certè Suar. Palaus ac plures alij in præsentem materia loquuntur solum de articulo, seu periculo mortis naturalis, aut violentæ.

*Debétne verò mors imminere cer- <sup>311</sup> tò, an probabiliter? Sufficit si prudenter timeatur. Dicast. de Euchar. disp. 9. n. 314. & alij. Probatur,*

*tum*

tum quia Concil. nostram Constan-  
 tiense absolutè permittit in casu infir-  
 mitatis ; tum quia etiam in periculo  
 mortis probabili posse quemvis per  
 quemvis sacerdotem etiam præfente  
 proprio, à quibusvis criminibus ab-  
 solvi tradunt probabilissimè longè  
 plurimi. Et fanè accideret sæpe, ut  
 multi sine viatico decederent, si oport-  
 teret ipsum articulum mortis, aut in-  
 dubitatum periculum, seu certitudi-  
 212 nem illius exspectare. Sufficit ergo  
 modò Medicus, aut illo deficiente  
 unus alterve vir, vel fœmina prudens  
 judicent, esse valde probabile, æ-  
 grum decessurum ex illo morbo, seu  
 esse valde timendum, ne illâ ægritu-  
 dine extinguatur, & quidem sine  
 pharmaco immortalitatis; si jam non  
 jejunos. Vide descriptionem arti-  
 culi, & periculi mortis allatam Ca-  
 su 12.

313 Itaque quando parochi vocantur  
 ad ægros distantes duabus horis, pos-  
 sunt eis etiam præbere viaticum, si  
 peri-

periculosè ægrotent ; nec tenentur præstolari in crastinum, licèt sit probabile, infirmum posse in crastinum non incommodè permanere jejunum usque ad suum reditum, nam multa de nocte interveniunt, & fieri potest, ut die sequenti parochus præpediatut. Et generatim licèt æger<sup>314</sup> valeat fortassè unâ alterâve horâ post mediam noctem manere jejunus, non tamen est expectanda illa hora, utpote nimis incommoda. Henr. Filliuc. Coninck. Tann. tom. 4. disp. 5. q. 8. n. 84. ll. cc. quorum duo priores notant non esse hîc scrupulosè agendum. Palaus autem tr. 21. seu de Euchar. punct. 13. n. 11. Laymannus de Euchar. c. 6. n. 20. & alij plures dicunt, si commodè non possit manere jejunus. Equidem nostrum concilium Oecumenicum permittit absolutè in casu infirmitatis. Ubi Paterfamilias largus est, ut quid sacerdos ejus ( parochus ) austerus ? S. Chrystost. relatus cap. alligant 26.

g. 7. Aliud est, quando commodè,  
& sine periculo potest à jejuno sumi  
suo tempore cibus vivus, & vitalis.  
Cæterùm quia toties allego Conci-  
lium Constantiense, Constantien-  
sesque Constitutiones, non oberit le-  
gere magnum, curiosumque discrimen  
inter has, & illud, quod describo  
in præfatione Theologiæ Juridico-  
Motalis.

- 315 **Q**Uæritur 2. *Quoties liceat ægro  
Non jejuno communicare?* Resp.  
Vasq. d. 211. cap. 4. censet tantum  
semel, eò quòd Ecclesia idcirco con-  
cedat infirmo non jejuno potesta-  
tem communicandi, ne decedat sine  
viatico; multi apud Dian. p. 2. tr.  
14. ref. 77. dicunt, licere quidem  
sæpius, attamen inter unam, alte-  
ramq; perceptionem Sacramenti, in-  
tercedere debere unam, alteramve se-  
316 ptimanam. Sex dies sufficere cen-  
set ipse Diana post Armillam, Pos-  
seu. Filliuc. Bonacinam. Ludovi-  
cus à S. Joan, apud Quintanadvsn.

*singul.* 14. est tribus contentus. At  
verò Caspar Hurradus apud eundem  
Quinranadven. arbitratur, absolute  
posse quotidie, si nequeat commodè  
expectare jejunus. Favet apertè Pa-  
laus p. 13. n. 14. rectè docens, vel  
esse hanc sententiam admittendam,  
vel discedendum in Vasquezianam.  
Layman, n. 20. eam admittit respec-  
tu illius, qui solet frequenter com-  
municare, aut sacrificare, ac propter  
devotionem, desideriumque difficile  
abstinet. Admitto & ego respectu  
talis hominis, imò cum Dicastillo  
n. 354. in rigore respectu omnium,  
qui peterent. Ratio est, quia Con-  
cilium nostrum Oecumenicum *loc.*  
*cit.* hosce ægros eximit à lege jeju-  
nij naturalis. Dicastillo *ibid.* Nec  
adæquata causa hujus exemptionis  
est, ne æger moriatur sine viatico, sed  
etiam necessitas, quæ in illo articulo  
maxima est. Suar, *loc. cit.*

Unde inferes 1. potuisse Sophro-318  
nio, de quo casus noster, impertiri

I

illud

illud pignus futuræ gloriæ ea fer. V.  
 in Cœna Domini etiam non jejuno,  
 imò debuisse, quia perægrè abstine-  
 bat, eratque dignissimum membrum  
 illius Ordinis, cujus alumni in mor-  
 tis periculo constituti, habent à suo  
 Generali jus petendi quotidie panem  
 vivum, qui de cœlo descendit.

319 His addimus 1. quando laicus  
 proximus altari, ad quod est Syna-  
 xim sumpturus, recordatur se non esse  
 jejunum, posse eam sumere, si ne-  
 queat ( possunt autem sæpe adole-  
 scentes ) recedere sine ignominia,  
 aut scandalo, sicut supra diximus de  
 recordante peccatum, in Confessio-  
 ne per oblivionem omissum. Vide  
 Dicastillo n. 88.

320 Adde 2. quando oris siccitas est  
 tanta, ut æger nequeat deglutire ho-  
 stiam, nisi madefactam, posse eam  
 ipsi præberi in vino, vel aqua, licet  
 moraliter sit certum, liquorem de-  
 scensurum citius, quàm hostiam.

Tanu,

Tann. n. 100. Nam talis censetur non posse jejunus communicare.

*At quid si sano contingat, ut ablu- 321*  
*tio deglutiatur ante hostiam?* Si casu ac præter intentionem, nil obest. Certè in Parasceve sacerdos, qui tunc celebrat, vix potest non deglutire vinum ante hostiam, sicuti jam olim observavit Scotus in 4. cit. dist. 9. Imò quando hostia adhæret palato, si nequeat prima ablutione solvi, addi potest secunda, addi etiam tertia, Silv. V. Euchar. q. 7. Suar. cit. disp. 68. sect. 6. quia tota illa actio ordinatur ad consumptionem Sacramenti, & fit per modum unius. Suar. l. c.

*Quid si autem hostiam idecirco de- 322*  
*tineam in ore diutiùs, ne tam citò cor- rumpantur species, & ut gratia au- geatur interim autem deglutiam ab- lutionem?* Tuam pietatem impie- ratis, & peccati mortalis damnabit Joan. Sanch. d. 42. n. 22. sicut dam- navit illum sacerdotem, qui, ut ipse-

mer retulit huic Doctori, id factitabat ductus illâ ipsâ ratione, atque intentione, quam exprimit præsens quæstio; sincera tamen fides eum excusabat, cum ex maiore reverentia erga hoc Sacramentum moveretur ad sic derivendam Eucharistiam in ore. Ita ille. Sed de hoc exotico eventu iudicent alij. Nos ex ratione, & exemplo Suarj primulùm aliaris inferimus, non damnandum laicum, qui etiam deditâ operâ partem abluionis, aut totam deglutiit ante hostiam, si videlicet id faciat ex causa rationabili E. G. quia aliquantulùm difficulter derivet vinum in ore.

324. Alius præterea casus est, quo laico non jejuno permittitur sumptio Eucharistiæ, quando scilicet id fit, ne hæc deveniat in manus hæreticorum, ut dicemus sub finem Casus seq.

325. Sed & primùm nuper fuit alicubi proposita hæc mirabilis quæstio, arrunt

utrùm si laicus sumpto cibo factus proximus aræ recordatur illius sumptionis, possit, aut debeat tam diu in oreretinere hostiam, donec possit deglutiri per modum salivæ. Ad quam respondi imprimis, non esse necesse; aut enim sunt tales circumstantiæ, ut is obligetur recedere ab ara post recordationem esûs, aut tales, ut non obligetur. Si hoc secundum dicas, <sup>326</sup> certum est, licere integram hostiam deglutire, hoc quippe permitti ab Ecclesia sequitur apertè ex dictis n. 319. Si primum, cùm jam sit peccatum mortaliter sumendo hostiam in os, & non videantur species posse sine evidente periculo alterius irreverentiæ retineri in ore tam diu, donec ita alterentur, ut desinat Christus esse sub illis, tum necessariò debet elicere actum contritionis priusquam demittat in stomachum, illo quippe elicitò licitè demittere; at si non eliciat, erit similis illi, qui ob suam vincibilem, culpabilemque ignorantiam

deducitur in statum perplexitatis, ut peccet mortaliter, in quamcunque partem se vertat, sicut soleo in scholis declarare exemplo illius, qui obstrictus voto communicandi quâvis die dominicâ, in una aliqua recordatur cibi manè comesti, atque ratus, esse sibi adeundam Synaxin adit illam, conscientia dictante, esse interrogandum confessarium; nam talis mortaliter peccat, seu communicet, seu non communicet; ita & de hoc sentiendum.

- 327 Quia tamen non solum boni, sed etiam mali debent è duobus malis eligere minus; deberet talis detinere hostiam in ore, quamdiu posset; certo enim consummabit substantialem malitiam indignæ communionis, si tunc statim deglutiat, fortè autem contritionem eliciet, si retineat diutius in ore; malum autem incertum est minus certo. Idem dic de illo, qui conscius peccati mortalis cujus-
- cur-

cunq̄ue sumpfit in os hostiam sacram.

*Non jejuno sacerdoti communicandum?*

**Casus XIX. Dedicacionis.**

**T**heophilus parochus celebris in 328  
Suevia pagi, invitârat ad festum dedicationis diem è varijs pagis decem, vel plures sacerdotes alios, qui & me præsente, nondum tamen sacerdote advenerunt, & in his postremus ille, qui aliquot diebus antè à parochia rogatus, & designatus fuerat, ut solenne sacrum faceret. Sed qui re non bene intellectâ priusquam è suo pago discederet, missam celebraverat, alij verò sacerdotes, aut hoc ipsum quoque fecerant, aut jejuni non erant, nullus ergo erat è sacerdotum numero in tanta solennitate, universo populo jam diu sacrificium

196 *Non jejuno sacerdoti*  
*exspectante, qui ad sacrum dicendum*  
*esset dispositus.*

Est hæc narratio Patris Tanneri  
*disp. 5. cit. quest. 8. n. 93. circa*  
*quam, & cujus occasione.*

329 **Q**Uæritur 1. *utrum unus illorum sa-*  
*cerdotum non potuisset bona consci-*  
*entia in hoc casu facere sacrum?* Resp.  
1. Potuisset, saltem si defectus jeju-  
nij fuisset occultus. Tann. *l. c. n. 64.*  
quia è duobus malis erat minus eli-  
gendum *l. quoties nihil ff. de reg. jur.*  
Resp. 2. Licet illi sacerdotes existi-  
mârint, & judicio Tanneri rectè, sa-  
tius esse, ut totus populus, prius ta-  
men è suggestu causam edoctus di-  
mitteretur sine sacro, quàm ut fieret ab  
aliquo, quem pluribus constabat non  
esse jejunum, ego tamen bonâ veniâ  
horum Venerabilium virorum, si ho-  
diè interesssem ejusmodi actui, suade-  
rem fieri sacrum ab uno, qui jejunium  
non violasset nisi per ablutio-  
nem in sacro.

In

In primis enim non esset timen- 330  
dum ullum scandalum, ut timebant  
illi ; quia si pro concione diceretur  
populo, permitti ab Ecclesia in casu  
talibus circumstantijs vestito hanc  
praxin, ædificaretur populus, potiùs  
quàm scandalizaretur. Deinde ob  
grave & publicum scandalum, quòd  
alia ratione vitari non potest, licitè  
facit sacrum sacerdos licèt non jeju-  
nus, ut post Suarez *d. 68. sect. 5.* &  
Anglem contra Navar. & alios tradit  
Tann. n. 41. Nam ubi difficultas oc-  
currit, semper accipiendum est illud,  
quod habet minus de periculo. S.  
Th. q. 83. a. 6. ad 2. Minus autem  
est illud, quod pertinet ad qualitatem  
sumentis. Idem S. Doctor *ibid.* Ar-  
qui in tali casu revera non potest pla-  
nè, aut certè vix evitari aliter grave  
scandalum, id est gravis & injusta  
indignatio, gravis oblocutio adver-  
sus sacerdotes, ridiculi sarcasmi, &  
diçteria lædentia eorum famam, aut  
honorem. Adde, quòd idem Tann. 331

n. 92. cum Angles rectè judicer, si festo Nativitatis Christi unus solum sacerdos post sumptum mediâ nocte cibum in aliquo oppido adesset, neque alius haberi posset, qui missam diceret, neque scandalum aliâ ratione devitari posset, rite facturum, si sacris operaretur adhuc semel. Retulimus supra Authores asserentes, fas esse sacerdoti non confesso sacrificare, ne vel ipse, vel alij sacro careant die festo, quidni non jejuno in ejusmodi circumstantijs? Quandoquidem & confessio probabilissimè est ex præcepto Divino præmittenda sacrificio; jejunium certò ex solo Ecclesiastico, & præterea adest hîc præsens periculum gravis scandali, atque ignominie.

332 *Quid si autem in aliqua Cathedrali, aut Collegiata Ecclesia per inculpabilem (sicuti fieri potest, cum diligentissimis quibusque obrepat innoxia oblivio, inadvertentia, error proprius; aut alienus) defectum fieret,*

ut omnes Canonici & Capellani aliquo die profesto sacra perpetrassent ante horam Missæ Conventuali, ut vocant Rubricæ, seu dicantandæ destinatam, nec alius jejunus posset ex alia ecclesia haberi, qui officium cantaret? Non suaderem fieri à non jejuno, quia abijcienda sunt remedia, quæ veris periculis sunt graviora c. de homine de conf. eccl. Est autem hîc verum periculum scandali grandis, & inevitabilis, ideòque hanc sententiam fuisse alicubi redactam in praxin compertum habeo; & meritò redactam judicarunt viri graves, ac docti, quibus illa abundat.

Sicut & ego anno superiore à quo- 333  
dam Religioso Ordinis D. Benedi-  
cti interrogatus litteris, an si paro-  
chus alicujus pagi sumpisset ablu-  
tionem in primo, aut secundo sacro  
Nativitatis Domini posset facere sa-  
crum tertium, respondi non posse,  
presertim si in secundo sacro duntaxat  
comisisset illud erratum, nam & paro-

chus non tenetur per se loquendo etiam tali die sacrificare bis, & plerique solent interesse primo, secundove sacro; & rustici facilius compefcuntur è suggestu intra terminos modestiæ, summisionisque, & pronius credunt subesse justam, inculpabilémque causam, quàm cives, qui sicuti meritò volunt videri prudentiores, argutiores, sagaciores, usu peritiores, quàm rure nati, educatiquè, ita etiam fit, ut persæpe ostendant, se breviori tempore fuisse versatos in schola cœcæ obedientiæ, minimèque suspicacis simplicitatis, quàm rusticana pubes. Possset etiam fortè in tali casu celebrari (præmonitis parochianis) missa sicca, recitatis videlicet omnibus, præterquam ijs, quæ ap-rtè versantur circa alterutram speciem consecrandam, vel consecratam.

334 **Q**Uæritur 2. *An si non adsit hostia pro viatico moribundi illud exigentis, permissum sit sacerdoti quamvis*

*vis non jejuno facere sacrum, ut conficiat viaticum?* Affirmant absolute post Major. Zanardus, Zambranus, Philiarthus, Heredia apud Dian. p. 3. tr. 4. res. 33. & apud eundem p. 5. tr. 3. res. 35. Granadus; quibus addo Escobar, tr. 7. n. 61. in f. & Quintanadven. tr. 4. sing. 8. Affirmant sub conditione, si ille æger non possit aliud Sacramentum accipere Layman. c. 6. n. 20. Silvius apud Dianam cit. tr. 3. res. 36. assentientem. Censent esse probabile Suar. d. 68. sect. 5. Filliuc. tr. 4. n. 242. Lugo, Dicast. n. 346. Rhodes de Euchar. d. 1. q. 4. sect. 1. Tamburinus in *Methodo exped. commun.* c. 2. §. 8. fusè Barbosa de *Parochis* cap. 20. n. 40. & apud ipsum Marchinus, negante probabilitatem Tannero n. 90. eò quòd contrariam veluti certam tradat communis Doctorum sententia, usu Ecclesiæ recepta. Et fateor 335 quidem, contrariam sententiam esse communem, negare tamen nequeo,

quin & limitata Laymanni, & absoluta Majoris sit verè probabilis, nisi negare velim, ad sententiæ alicujus probabilitatem sufficere ea, quæ ipsemet Tannerus, & plerique omnes adferunt sufficere. Certè si tot Classicorum Doctorum autoritas, ac judicium non est par conciliandæ probabilitati huic sententiæ, magnis rationibus nixæ, & nulli Ecclesiæ decreto apertè repugnari, oportebit sexcentas alias è censu probabilium eliminare, quas tamen certum est  
 336 non eliminandas. Nullum aut Tann. aut alij adferunt pro se efficax argumentum, nisi hoc, quòd scilicet ex illa sententia, sequi videatur, posse sacerdotem etiam in tali casu sacrificare, sine ullis vestibus sacris, in pane fermentato, omittendo accidentalialia sacri, & faciendo solùm substantialia, quod sanè hætenus nemo præter  
 337 Majorem admisit. Verùm hoc argumentum nec aufert illi sententiæ practicã probabilitatem, cùm optimè  
 pos-

possit negari sequela. Dicast. n. 348. nec me deterreret, quò minus eandem sequerer, quando jejunium non fregissem, nisi occultissimè, aut per abluionem in sacro; & vel maximè sequerer in casu limitato per aut Laymannum superiùs, aut Jacobum Reils *Privil.* § 1. restringentem ad Casum extremæ necessitatis. Profe-  
ctò qui probè perpendit, quæ de effectibus, ac necessitate divinissimæ Eucharistiæ scribunt Theologi & Ascetæ, non damnabit ejusmodi praxin, quæ ne arripere cogaris, obsequere nostris Constitut. Synod. part. 1. tit. 8. n. 17. post statuta canonica præcipientibus, ut Paróchus sollicitè aservet sacrosanctam Eucharistiam pro infirmis. Interim ne dubites, quin sacerdos sit extra culpam, si sacrum faciat non jejunus, quo conficiat sibi viaticum, alioqui sine illo moriturus, ut jam suprà diximus.

Quæritur 3. *Quid agendum sacer-* 339  
*doti, qui jam inchoato sacro re-*  
cor-

*cordatur se non esse jejunum?* Resp. Idem, quod quando recordatur peccati mortalis à postrema confessione admissi, nec habet ad manum, cui confiteatur.

340 **Q**Uæritur 4. *An & quatenus non jejuno sacerdoti liceat reliquias sacræ hostiæ sumere?* Resp. 1. Quando post sumptam abluitionem supersunt, vel ex hostia, vel ex calice tui sacri licitè eas sumis, sive sint parvæ, sive sint magnæ, quia spectant ad idem sacrificium. Rubr. Missal. tit. 7. de defect. *Quid si autem horâ unâ occuper in communicandis alijs, & reperiam aliquas ejusmodi reliquias?* Licitè sumes. Lugo d. 16. n. 543.

341 *At quid si immediatè post sacrum fiat illa communio?* Idem tibi permittit Suar. cit. sect. 6. Palaus, alij, etiam si diu durarit illa communio Bonac. p. 2. n. 14. nam nihilominùs tota illa actio censetur pertinere ad tuum sacrum. *Sed illæ reliquiæ sunt ex alio sacro.* Relinque eas, si commodè  
asser-

asservari queant; donec tu, aut alius  
sumas intra sacrum jejunus. Suarez.  
Tann. alij, censente probabiliter Pa-  
lao p. 13. n. 20. esse id quidem con-  
sultum, non tamen necessarium, & ita  
etiam Bonac. l. c.

*Quid verò si sit integra hostia ex meo* 342  
*sacro, & non habeam, quò commodè re-*  
*ponam? Illam sume. Suar. Quod*  
*etiam permittit Vasq. d. 211. c. 5.*  
*casu, quo commodè posses ponere in*  
*alio vase, nam & illa spectet ad tuum*  
*sacrificium. Sed dubito an reliquias,*  
*quas video, sint consecratæ? Illas*  
*post utriusque speciei, aut ablutionis*  
*sumptionem absolve. Bonac. l. c. n.*  
*16. post Henriq. Hostia, quæ ex*  
*hierotheca post orationem 40. hora-*  
*rum eximitur, estne sumenda à non je-*  
*junò? Minimè, sed ante ablutio-*  
*nem; vel frage in particulas pro*  
*communicaturis. Gavant. p. 2. n. 6.*

Est in Marsensi pago Illustrissi- 343  
mæ Reipublicæ Friburgensis par-  
vum, elegansque templum S. Igna-  
tio

tio Confessori structum in memoriam vitæ precibus ejus prodigiōse servatæ, in quo non licet asservare venerabile Sacramentum, & tamen bis in anno e. Aluc accursus circiter mille ducentorum capitum, percipientium sacram Synaxin, vicinis Dominis Parochis suam operam spirituales magna cum charitate, & populi ædificatione solitis conferre. Fit autem non rarò, ut super sint 30. vel 60. hostiæ parvæ, quid ijs faciendum? Resp. Id quod re ipsâ fit, eæ, inquam, hostiæ sunt à diversis sacerdotibus, vel uno sub sacro sumendæ, eodem die, aut sequente, quia illic non est ecclesia, in qua possint diu honestè asservari. Deferre ad distantiam unius horæ quadrantis est nimis incommodum, secus ad aliquot passus, ut solemus è nostris Gymnasijs in præcipuis festis deportare ad nostras Ecclesias. Et verò sumptionem multarum particularum simul esse in ejusmodi casu licitam, confirmatur usu

usu tum aliarum, tum nostræ Dice-  
cesis, in cuius Constitut. Synod. *part.*  
*l. tit. 8. n. 19.* perquàm providè sta-  
tuitur, ut singulis mensibus bis, aut  
saltem semel absumentur omnes ho-  
stia, quæ pro ægris erant in omnem  
eventum consecratae. Consonat cap.  
*tribus gradibus de cons. dist. 2.*

Nec solum tempore ipsius sacri-345  
ficij, sed etiam post illud licitè con-  
sumuntur reliquiae. Vti si jam re-  
gressus ad sacristiam, nondum tamen  
exutis vestibus sacris, reperias supra  
tui Calicis patenam aliquas, has qui-  
pe si sumas, non videris novam com-  
munionem inchoare, sed perficere  
præcedentem. Granad. cum alijs 346  
apud Dian. *p. 5. tr. 14. ref. 45.* Imò  
licet jam deposueris illas vestes, efflu-  
xeritque non parum temporis, haud  
peccabis sumendo ejusmodi frag-  
menta, aut gurtas sive ex tuo, sive ex  
alieno sacrificio, si nequeant asservari  
sine majori irreverentia. Dian *p. 3.*  
*tr. 4. ref. 45.* Fagundez. Si tamen  
post

post tuum sacrum sit alius factururus,  
accipiet ille secum eas reliquias.  
Dian. 2. c. quia tunc non urgeberis  
ad eas absumendas.

- 347 His adde sequentia 1. Quando ca-  
lici adhæret particula, vel eam digito  
attrahe, ut permittunt Rubricæ, vel  
ut malunt Suar. & alij, affuso vino  
eam solve, & quidem bis, terve affu-  
so, & bibito, si non sufficiat semel.  
Suar, *ibid.* Quod pariter facien-  
dum esse Laico, quando hostia pa-  
lato adhæret, dixi suprâ. Et huc  
refero casum, quo primum in sum-  
ptione calicis observas esse à te con-  
secratam aquam pro vino. Etenim  
non convenit ut in Calicem, aut  
aliud vase effundas, quod sumpisti,  
sed potes tuto deglutire. Henric.  
Suar. Tann. n. 97. Reliqui partem  
effundas in vas mundum, partem re-  
linques in fundo, eique superinfun-  
des vinum pro altera consecratione.  
Layman. tr. 5. c. 6. n. 3. quia nihil  
hîc sine necessitate est iterandum.

**c. 1. de sacr. non iter. 2.** Et si reliquiae <sup>348</sup>  
non sunt communicantibus laicis  
dandæ post ablutionem, sicut nec sa-  
cerdori communicanti more laicali.  
Vasq. cit. disp. 2. I. sect. 5. Palaus  
loc. cit. quia ij non sunt instituti ad  
sacrificium perficiendum, possunt  
tamen ante illam. Henriq. l. 8. c.  
50. Saltem si ita ijs porrigantur an-  
tè, ut moraliter censeatur esse una  
communio. Suar. *ibid.* & Tann. n.  
103. observans post Vasq. esse satius,  
ut cæ, si notabiles sint, & nil aliud  
obster, dentur laicis jejunis & bene  
dispositis, quàm ut sumantur à sacer-  
dotè non jejuno. 3. Quando sa- <sup>349</sup>  
cerdos sacrificans nequit perficere  
sacrum jam perductum ad consecra-  
tionem alterius speciei; illud in de-  
fectu jejuni perficiet non jejunus,  
secus si nondum est quicquam con-  
secratum. Layman. cit. n. 3. 4. Quan-  
do imminet periculum ne sacra ho-  
stia ab Hæreticis profanetur, aut in-  
cendio absumatur, potest ea sumi  
etiam

etiam à laico. Suar. Tann. alij; imò debet. Layman. cit. tr. 4 c. 6. n. 22. Cæterùm de tota materia hujus XIX. Casûs, quâ concernit sacrificantes, plura trademus in Alphabeto sacrificantium Casu XIII.

*Alia dispositiones ad communicandum.*

## Casus XX. Castitatis obtentæ.

350 **V**alentinus Confessarius cùm non posset ad emendationem reducere pœnitentem, crebrò se polluentem voluntariò, consuluit ei (quem dolentem videbat) ipso die habitæ pollutionis suscipere Euchari-  
stiam, ut à Deo impetraret castitatem. Res miranda! ab illo die tali labe non fuit coinquinatus. Ita audi-  
vi ego à fide digno, virtuoso, & docto Theologo.

Hoc

Hoc exemplo à se his verbis re-  
351  
censito, alijsque rationibus conatur  
Joan. Sanch. d. 23. n. 30. confirma-  
re sententiam suam, quâ contendit,  
immunitatem à turpitudine carnali  
non esse accensendam dispositioni-  
bus ad communionem, adeoque  
esse consultius, ut qui de nocte  
operam dedit licitæ aut illicitæ  
veneri, orto aut non orto sole  
adeat sacram mensam tam libere,  
quàm si commisisset aut nullum,  
aut aliud quaecunque peccatum,  
modò confiteatur, & doleat, si  
fortè illa immundities fuit peccami-  
352  
nosa. Rationem hanc adfert Prin-  
cipalem, quia suadenda commu-  
niones potest percipi fructuosè, si-  
cuti potest in hoc quoque casu, cum  
fructuosam communionem non im-  
pediat nisi peccatum mortale, non  
deletum confessione, aut contritione.

Verùm quia hic Doctor repu-  
353  
gnat hâc in re iudicio S. Hieron.  
& S. Gregorij, quos citat, sequitur-  
que

que S. Thom. *q. 80. a. 7.* itémque iudicio plerorumque Theologorum, illam propositionem negantium, ac dicentium, esse etiam rationem habendam cum distractionum, turpiumque imaginum, quas solet post se relinquere usus rei veneræ, tum etiam moralis cuiusdam indecentiæ hîc, ut multi censent, intervenientis, idcirco suadenda non est ejusmodi hominibus eo die *Comunio*, nisi valde doleant de suo peccato. Prohibere non possem, quia certum est, non intercedere peccatum, & intercedere veniale, asseritur facilius, quam

353 probetur. Licet enim *Nugus* in *q. 80. a. 7.* fusè adversus Suarez (quem tacito proprio nomine, causam veram ignoro, vocat tum hîc, tum alibi passim *Junio*rem, aut *Modernum*) persuadere conetur, esse de *de malè sonantibus*, adeoque per se, & intrinsecè, sicuti *homicidium*, ac *mendacium* (hæc enim sunt ejus exempla) malum, & peccatum (ve-

nia-

niale) Synaxin eo die adire, quo quis castitatem peccato mortali violavit, nisi peculiaris causa excuset; id tamen haud sanè improbabileridem Junior, quem multis senibus æquat non semel Diana, negat *d. 66. sect. 8. & d. 68. sect. 2. Coninck. q. 80. a. 7. Palaus p. 13. n. 2. Joan. Sanch. loc. cit. referens Marcillam Dicast. d. 9. n. 245. Laymannus c. 6. n. 15. citans etiam S. Bonaventuram, Gers. Adrian. Sotum. Ad autoritates Sanctorum, quæ sunt basis sententiæ Nungni, pluriùmque aliorum respondent Suar. & Vasq. d. 110. a. 7. Brevitas Alphabetica non permittit earum discussionem. Putat Vasq. viguisse olim legem Ecclesiasticam, arcentem communiõne eos ad unum diem, quæ licitâ vel illicitâ Venere erant usi; illam autem obligâsse priùs sub mortali, quæ deinde successu temporis tantùm sub veniali recepta fuit, nunc autem à multis sub nullo peccato. Dilationem ad unum diem suaden-*

354

355

dam censeo, si postea communicabit cum majore devotione. Dicastillo *l. c.* Omissionem non suadeo, nisi videam vergere in majus bonum poenitentis. Damnare impietatis sacerdotem sacrificantem eo ipso die, quo turpitudinis sacrilegium fecit, ut quidem quantumvis confessione expiatum damnat Covarr. *in Clement. si furiosus p. 3. n. 7.* non ausim, licet eum à fædo facinore meritò coërcere deberet vel ea sola cogitatio, quòd eo die sit suis manibus tractaturus Virginis Matris Virginem filium.

356 Ad conjugatos quod attinet, de ijs sic loquitur Palaus *de Euchar. p. 13. n. 3.* : Sic copula habita est ob meram voluptatem, suadendum, ut differatur communicatio in alium diem, nisi occurrat specialis causa communicandi eo die; vel præterita culpa doleat, ut dolore concepto plenè culpæ satisfecisse videatur. Si verò copula fuit habita ex debito fine, cumque moderatione, quâ par est, nullatenus im-

impeditur communio, nisi ob re-  
porem videatur differenda in alium  
diem. Quòd si communices fre- 357  
quenter E. G. singulis Dominicis &  
festivis diebus, simplici petitioni de-  
biti ne resistas, ne conjugii molestus  
sis, néve illius in te amorem minuas,  
& occasionem tribuas interdicendi  
frequentem communionem. Si au-  
tem solùm singulis mensibus Eucha-  
ristiam sumis, petentem debitum de-  
cet rogare & monere, ut à petitione  
desistat ob reverentiam Sacramenti.  
Quòd si ægrè ferat, annue; & mayo-  
ri, quâ potes devotione, te præpara.  
Ita ille ex communi sensu sapien- 358  
tum, quem quoad primum mem-  
brum nequit in suum animum indu-  
cere Joannes Sanchez. Qui tamen  
infruari non potest, quin Suar. d. 68.  
sect. 2. rectè scripserit, copulam con-  
jugalem nocte præcedente commu-  
nionem petitam ex mera voluptate,  
esse signum animi parum dispositi ad  
res divinas; & ex hoc actu regulari-

ter oriri magnam distractionem, seu heberudinem mentis. Equidem S. Thom. 4. 7. pronunciat, debere prohiberi, ne talis accedat ad hoc Sacramentum.

359 Quos maculavit involuntaria pollutio nocturna, necesse non est omittere Communionem, ac differre si commodè potest, consultum, nisi ratio peculiaris adsit e. g. Regula Religionis, aut Congregationis tali die injungentis Communionem; item indulgentia plenaria requirens Communionem. Nec cedendum est dæmoni, cum putatur immisisse turpe somnium, ex quo secuta macula. S. Th. *loc. cit. in C.*

360 Jam verò ad alias dispositiones corporis quod spectat, nulla lex à mensa divina arceret malè vestitos, aut illuvie obsitos, quando aliter fieri nequit; qui tamen munditiem negligenter, meritò graviter reprehendendus esset. Pax Jordanus *Volum. 1. lib. 3. tit. 3. v. 77.* censens talem re-  
pel-

pellens  
diff. 6.  
non  
neglect  
indign  
quidem  
At  
Synax  
d. 45  
licare  
faciar  
pro fi  
depon  
deur  
ne se  
Y  
bus  
pec  
tam  
tem  
nam  
fect  
qui  
vest  
act

pellendum à sacra mensa. At Suar-  
*disp.* 68. *f.* 1. docet, secluso scandalo  
non peccari graviter per eiusmodi  
neglectum. Nullus quoque morbus  
indignum reddit divino epulo, ne  
quidem fluxus menstruus.

*At decetne gladio accinctum adire* 361  
*Synaxin?* Responder Joan. Sanch.  
*d.* 45. decere omnino, ut equites mi-  
litares ita accedant, quo etiam tunc  
faciant quasi professionem sui Zeli  
pro fide tuenda. Lex nulla jubet  
deponi gladium, consuetudo non vi-  
detur obligare, nisi aliquando ratio-  
ne scandali, obmurmurationis, &c.

Loquendo nunc de dispositioni- 362  
bus animi, præter immunitatem à  
peccato veniali, ac mortali, explica-  
tam Casu XV. itémque immunita-  
tem à censura, de qua ferè ratioci-  
nandum, ut de priore, non est ad ef-  
fectum hujus Sacramenti primarium,  
qui est collatio gratiæ sanctificantis,  
teste S. Th. *q.* 79. *a.* 1. necessaria  
actualis devotio, seu exercitium qua-

rundam actionum supernaturalium, licet sit necessaria ad illum effectum secundarium, qui est refectio spiritalis dulcedinis. Idem S. Doctor

363 a. 8. Quod etiam pronuntiandum videtur de alio effectu hujus divinisissimi Sacramenti, qui est procuratio, conservatio, augmentum castimoniae, ut ex communi Patrum, Theologorumque sensu tradit Joan. Sanch. cit. n. 30. re enim verâ Eucharistia piè sumpta est vinum germinans virgines, ut ex Zachar. 9. tradit Angelicus D. *opusc.* 58. c. 26. Ac proinde Valentinus Confessarius, de quo noster Casus, facile potuit prudenter induci, ut suo illi pœnitenti suaderet eo die Communionem, aut etiam pro pœnitentia injungeret.

364 *At tenebitur ne contritionem elicere is, qui sumpturus est hostiam, ne eam conculcent hæretici, juxta dicta in calce Casus præcedentis?* Layman, ait, hostiam esse hîc sumendam cum re-

veren-

verentia ; Suarez asserit esse veram communionem. Dycastillo d. 9. n. 6. sentit posse non contritum eam sumere, quia excusatur angustiâ temporis. S. Th. a. 3. docet, tactum hostiæ factum à peccatore, esse veritum illis verbis : *Noli me tangere*. Ex quibus omnibus infero, adesse per se etiam in hoc eventu verè obligationem conandi elicere contritionem. Et ita primùm nuper respondi in Casu recentissimo, Eucharistiæ ab ægro rejectæ cum sputo.

*Quid verò pronuncias de illis, qui* 365  
*rectâ è confessionali pergunt ad altare communicatum ?* Resp. Eos, si quidem aliquod lethale crimen confessi sint, necessariò debere aliquod temporis spatium interponere inter confessionem, & communionem, opinatus est Marsilius teste Palao cit. tr. 21. p. 12. n. 10. at absque fundamento vero. *Sed talis non est ritè dispositus ?* Resp. Unde hoc nosti ? nunquid scriptum est : *Cor contri-*

*tum Deus non despicias ?* Nonne confessio involvit contritionem perfectam quoad effectum? *Sed nil perfecit de pœnitentiæ injuncta à confessorio ?* Ubi scriptum est, esse totaliter, vel partialiter prius persolvendam? Atqui nulla obligatio est asserenda sine lege, *c. legatur 24. q. 2.* Itaque si nequeas commodissimè interponere aliquid moræ, sine ullo scrupulo surge, & vade rectà, sed modestè ad Magistrum, qui vocat te. *Joan. 11.*

367 *Nec morare novam pietatem illius Novatoris, qui referente Georgio Rhodes de Euchar. disp. 1. q. 4. sect. 1. §. 3. scribit, esse incredibilis audaciæ, illum, qui commisit peccatum mortale unum, aut plura sacramento pœnitentiæ suscepto, & acceptà in eo absolutione, statim ad Eucharistiam accedere, antequam per magnam multorum mensium pœnitentiam reconciliatus Deo sit. Rectè huic objeceris id, quod cap. 2. de transl. Episc.*

*Episc. refertur: Quod non est sanctorum Patrum decreto sancitum, superstitiosus non est præsumendum. Item illud 2. Paralip. 19. Per quam viam transiit spiritus Domini à me ( ab omnibus Catholicis DD. ) ut loqueretur tibi ?*

*De manu sacerdotis Communi-  
candum.*

## **Casus XXI. Indiscreti.**

### **SECTION. I.**

*Tractatio, & Administratio Eucharistie Legitima.*

**X** Enophontem, cùm ad patibulum <sup>368</sup> duceretur, Sacerdos accessit, afferens in pectore absconsam sacram Eucharistiam parvâ pyxide inclusam, & illam manifestavit, ac Reus amplexatus est sacerdotem ostendentem; dubitatum fuit, an ille suppli-

cio liberandus, Ecclesiæq; tradendus esset?

369 Hunc casum facto ipso contigisse testatur his ipsis verbis P. Quintanadvenas *cit. tr. 4. singul. ultimo*; & respondet quidem ad quæstionem illam affirmativè, probans alio prorsus novo invento, cùm scilicet Sacerdos aram portatilam dedit militi jussu sui Supremi Ducis seu Generalis jamjam necando, hâcque ratione liberavit eum manu carnificis, quem admodum pluribus referam in Alphabeto sacrificantium *Cas. 9.* ubi differam de altari necessario ad sacrificium. Interim opportunè nunc

370 **Q**Uæritur 1. *An sacerdos ille prior non graviter peccarit; & generatim quomodo extra casus communionem concernentes debeant sacri Mystæ tractare sacram hostiam?* Resp. 1, gravissimè peccâsse. *Quintanad. l. c. n. 9.* nam delatio ejusmodi consecratæ hostiæ repugnat praxi Ecclesiæ, menti Prælatorum, reverentiæ hujus

hujus ter quaterque Augustissimi Sacramenti, quieti, concordiaëque publicæ. 2. Nec fas est ad ægrotos, qui communicare non possunt, deferre sacram hostiam, ut eam vel osculentur, vel adorent pro suo ultimo solatio, cum etiam Pius V. mandârit consuetudinem, sicubi est, id faciendi, prorsus tolli, ut testatur *Congreg. Cardin. in Trid. sess. 3. can. 7.* Henriq. tamen *c. 55. n. 3. & Tann. tom. 4. d. 5. q. 8. n. 214.* id beneficij non negâssent homini Religioso efflictim petenti, & per omnes Belgij Provincias fuisse usu (quo ad adorationem) receptum testatur *Chapeuville de modo administ. sacram. temp. pestis cit. c. 4. q. 15.* ac fatetur *Suar. d. 72. sect. 4.* per se licitum esse osculari sacram hostiam.

*Sed dubito, utrùm æger sit idoneus ad Communionem? Defer tunc illi hostiam, quia fortè poterit tunc communicare; si nequeat, ostende illi*

adorandam, sed non osculandam, id quippe testantur repugnare praxi Romanæ Ecclesiæ Cardin. de Lugo *l. 1. Conf. mor. dub. 11. Pax Jordanus lib. 3. tit. 3. n. 38. Barb. de Parocho c. 20. alij*; sicuti & repugnat Tridentino Concil. *sess. 25. c. 10. ac declarationi Cardinalium à Gallenart adjunctæ, si intra claustra Monialium afferretur. Quintanad. sing. 3. fusè cum Barb. Jordano & alijs contra Emman. & Hieron. Rodriquezios. 3. Quintanadven. singul. tr. 4. sing. 1. damnat peccati mortalis parochum ( & consequenter Superiorem alicujus monasterij ) si eo sciente, & consentiente lampas ante venerabile Sacramentum integro die non ardeat, & proinde non leviter delinquerere ædituum, qui per tres aut quatuor noctes relinquit lampadem extinctam; tum quia Paulus V. in suo Rituali mandat, continuò ardere illic lampadem, tum quia Theologi valde rigidè exigunt, ut tempore sacri-*

sacrificij lumen sit semper accensum.  
Nostræ Synod. Constitut. cit. part. 373  
1. tit. 8. n. 20. dicunt quidem : *Ardeat noctes, atque dies coram tabernaculo lampas &c.* non tamen utuntur verbo reatum noxæ lethalis inducente. Et vidi pluribus locis partim ob inopiam, partim ob longam consuetudinem, & etiam alicubi ob torporem non ita severè observari hanc doctrinam, quam non admitto universaliter in tanto rigore. 4.

Eædem constitutiones n. 26. 374  
lerant, ægrè tamen, antiquum morem, quo plerique parochi in rure existentes cum sacrosancta Eucharistia loculo inclusa, & ex collo pendente agros obequirant ; at non permittunt n. 25. ut ad sedendas graves tempestates, vel magnum incendium, sacra Eucharistia extrahatur è tabernaculo, quò ad portas templi opponatur grandini, aut igni. Commendanda hæc sollicitudo cavendi 375  
occasionibus irreverentiæ. Eram ta-

men ipse Halæ Tiroleos anno 1647. cum mense Novembri urbis Parochus ad locum incendij diurni, Trojana busta minitantis, detulit divinam hostiam, quâ vix erat in aëre efformatum signum Crucis adversus ignem, jam 12. ædes in angustissima platea depascentem, cum subito ventus flammam à domibus difflavit ad moenia proxima ædibus accensis, urbemque cultui Venerabilis Sacramenti apprimè addictam servavit.

376 **Q**uæritur 2. *Quæ conditiones requirantur, ut sacerdos nobis datum nobis natum ex intacta virgine porrigat postulantibus?* Supposito ex Concil. Tridentino *sess. 13. cap. 8.* ordinarium ministrum hujus Sacramenti esse solum sacerdotem, respondeo ad hanc quæstionem, requiri 1. ut sit præditus jurisdictione in illum, cui administrat; adeò ut in Clementina **I. de privil.** statuatur anathema in Regulares, eam sine Pa-  
rochi

rochi licentia præbentes Parochia-  
nis,

Nec sint audiendi Beja, Marzilla, 377  
& eis favens Barbosa, in *Trident.*  
*sess. 22. c. 6.* rati, quemlibet sacer-  
dotem pollere delegata potestate ad  
Eucharistiam ministrandam cuivis,  
excepto Paschate, articulo mortis, &  
casu, quo oportet præbere ex præ-  
consecratis, inque sacrario repositis.  
Nam hæc sententia adversans com-  
muni sufficienter refutatur per modò  
citatam Clementinam. Vide Pa-  
laum *tr. 21. punct. 18. n. 1. & 2.*

Excipe in primis casum extremæ 378  
necessitatis, quo in defectu Parochi,  
aut alterius ab ipso constituti, si quis  
Regularis vel è suo templo, vel è pa-  
rochiali viaticum deferret ad mori-  
bundum, rectè faceret. Fagund.  
*præcept. 3. lib. 3. c. 2.* cum multis  
contra non multos. Etenim meri-  
tò creditur esse tunc mens Episcopi,  
aut Pontificum; saltem si quis è no-  
stro Collegio faceret, jure faceret,  
quia

quia faceret munitus speciali privilegio Pauli III. in bulla incipiente:  
 379 *Licet debitum.* Et censeo Nugnus ad q. 82. a. 4. si Parochus in Paschate (longè magis, si in morte) nequiter neget alicui Eucharistiam, esse mentem Episcopi, aut Papæ, ut præbeat alius quicumque sacerdos: quod & ego censeo.

380 Quin subijcio resolutionem, quam dedi anno superiore, ad Casum scripto ad me transmissum his verbis.

### C A S U S.

**T**itius alienus parochus rogatur ab ægro juxta opinionem, testimoniūque domesticorum constituto in proximo periculo mortis, ut ipsum provideat, quandoquidem proprius Pastor non vult ipsum accedere, sed dicit, non esse periculum mortis, jubetque, domesticos infirmi redire ad se in crastinum, & proinde probabile est, non daturum licentiam Titio hodie,  
 cum

cum crastino velit ipsemet accedere,  
& providere. Queritur ergo, an  
Titius sine licentia proprii parochi  
saltem ex charitate teneatur providere  
talem infirmum. Et quid si timeat ab  
illo pastore odium, rixas, & inimici-  
tias? Et si teneatur, an sub peccato  
mortali?

Partim respondi, partim respon- 381  
deo. I. Si testimonium domestico-  
rum est, spectatis illorum qualitati-  
bus, ejusmodi, ut videantur plenam  
fidem facere de vero periculo, ne æ-  
ger extinguatur sine viatico, si expe-  
ctetur in crastinum, tenetur alienus  
(desperata facultate parochi) pro-  
videre Titium. Ratio est, quia etiam  
Regularis quisque sacerdos tenetur  
deficiente parocho ex charitate hoc  
Sacramentum administrare extremè  
periclitanti. Palaus tr. 21. punct. 20.  
n. 1. testans ferè omnes in hoc con-  
venire, quia scilicet sacrum Viati-  
cum est summum, & fortè necessa-  
rium bonum. Unde infertur, hanc 382  
obli-

obligationem esse mortalem, cum habeat objectum tam præstans, ac necessarium, & tam efflictim, ut suppono, petitum. Quâ obligatione non liberatur ob odium, rixas, & inimicitias parochi, nisi fortè essent pergraves; nam tanta obligatio non tollitur nisi per tantam causam.

383 II. Si verò testimonium domesticorum non elidit opinionem parochi, sed hic censetur prudenter, seu probabiliter judicare, non subesse periculum, tunc sanè alienus sacerdos non tenetur fungi ejus officio, cum generatim loquendo non tenemur succurrere proximo, quando est probabile, illum non indigere nostra ope; tunc enim negantes hanc illi, utimur ratione probabili, ergo non peccamus.

384 Unde infero, ne licere quidem tunc usurpare officium parochi; nam DD. non permittunt, nisi in necessitate vera, ut alienus id munus obeat in articulo mortis; alioquin  
ori-

oriretur nimis magna confusio, & scandala.

Excipe deinde Religiosos Mendi-<sup>385</sup>  
cantes, quibus per privilegia tum  
Corpori juris inserta, tum particula-  
ria permittitur, ut in suis Ecclesijs  
Eucharistiam præbeant cuivis Chri-  
sti fideli; atque adeò ut etiam alteri  
simplici sacerdoti dare possint Supe-  
riores Religiosi facultatem eam præ-  
bendi. Suar. to. 4. de rel. tr. 10. l.  
9. c. 3. & Coninck. q. 81. a. 3. Imò  
possint etiam Sacristani. Henriq.  
c. 55. Sa, & Palaus p. 19. n. 11.  
*Quid si autem nemo dederit faculta-  
tem?* Si sub tuo sacro quis petat  
communicare, ne dubita de tacita  
permissione Superioris Ecclesiæ, in  
qua sacrificas.

2. Ut non sit irretitus censurâ, si-<sup>386</sup>  
cut solet explicari in materia de Cen-  
suris.

3. Ut sit in statu gratiæ; adeò ut  
Tann. n. 188. improbabilem vocet  
sententiam Paludani, negantis sa-  
cer-

cerdotem, qui in necessitate ministrat  
 Sacramenta, conscius p. m. peccare  
 lethalter, si non eliciat contritionem,  
 Additque idem Tann. esse valde pro-  
 babile, quòd quoties sacerdos in  
 mortali existens immediatè vel imme-  
 diatè tangit sacram hostiam, vel eam  
 defert, admittat mortale sacrilegium.  
 387 Sed hic Doctor est rigidior quàm so-  
 leat, & quàm hic oporteat; quis  
 enim jure vocet improbabilem sen-  
 tentiam, quam post Paludanum de-  
 fendunt cum Diana tam multi DD.  
 ab eo relati p. 2. tr. 14. res. 23. &  
 iterum p. 5. tr. 14. res. 56. itèmq̃ue  
 Barbosa de Paroch. c. 20. n. 17. Di-  
 castillo disp. 9. n. 10. atque Vasq.  
 tom. 2. in 3. p. d. 136. c. 3. inde rectè  
 probans, quòd sacerdos in alijs sacra-  
 mentis administrandis sit inmedia-  
 tum instrumentum Christi, ad con-  
 ferendam gratiam, quandoquidem  
 conferendo sacramenta cætera con-  
 ficit illa, in hoc autem se tantum  
 habet sicut activa passivis applicans.

Vide-

Ca  
 Videtur  
 probab  
 Papæ  
 hæc ef  
 rius n  
 quære  
 Com  
 sacro  
 Etus  
 D  
 trans  
 ut neg  
 p. po  
 merce  
 meri  
 80.  
 non  
 tio  
 crati  
 men  
 Casi  
 sacr  
 per  
 cui  
 flo

Videtur quidem opposita sententia 388  
probabilior ob authoritatem Nicol.  
Papæ relatam *c. fin. 15. q. 8.* sed  
hæc est ita tuta in praxi, ut confessa-  
rius non teneatur ex tali ministro  
quærerere, quot hominibus circiter  
Communione præbuerit sub uno  
sacro, etiamsi absque necessitate fun-  
ctus sit illo officio.

De tactu etiam, immediato, aut 389  
translatione facta in p. m. simplici-  
ter nego cum Palæo *tr. 18. p. 5. in-  
fin.* post Suar. *d. 72. sect. 4.* quia non  
intercedit hîc tanta irreverentia, licet  
meritò aliquam agnoscat S. Th. *q.  
20. a. 4.* Equidem sacram hostiam  
non semel tangit sacerdos toto spa-  
tio illo, quod intercedit inter conse-  
crationem, & communionem; attra-  
men Lugo, & Dicastillo relati supra  
**Casus 16.** existimant, non committi  
sacrilegium mortale ab illo, qui vix  
peracta consecratione recordatus pec-  
cati mortalis post ultimam Confes-  
sionem admissi differt actum necessa-  
riæ

riæ contritionis usque ad instantem communionem.

- 390 Et generatim memoriæ imprimendum est dogma S. Thomæ in quodlib. 9. q. 7. a. 15. sic pronunciantis : *Periculosè determinatur aliquid esse peccatum mortale, nisi expressa veritas habeatur.* Quo sensu scripsit Germanus Theologus Gabr. Biel. in 4. dist. 15. a. 2. in fin. incautum esse, & malum, asserere aliquid esse p. m. quando non probatur sufficienti auctoritate, vel evidente ratione. Hinc ego aliquando pronunciaui, illum immunem saltem à gravi culpa, qui digito soluit sacram hostiam palato agglutinatam. Et quis damnet gravis noxæ sacerdotem, qui digitis non Canonicis tangit scienter hostiam? Aliquam hinc agnosco, sed non gravem, quia tota manus consecratur, quando novus sacerdos creatur.

- 32 4. Requiritur, ut non administret sine vestibus, vel superpelliceo, vel

Alba,

Alba, & Rola; nec sine lumine & prævia confessione generali; adeò ut Tann. n. 198. dicat, illum ob levitatem materiæ fortè duntaxat venialiter peccare, qui sine lumine, & prævia confessione generali hoc Sacramentum dispensat. Sed rectè negat Suárez. d. 72. sect. 4. secluso scandalo, & contemptu delinqui mortaliter omittendo illam Confessionem, & accensionem luminis. Quod quidem adhuc rectiùs negatur casu, quo sacerdos statim post sumptum calicem præbuit accedentibus Synaxin, & finito sacro advenit alius; nec enim gravis peccati periculum est, si aut non reperat Confiteor, aut non ardeat cereus pro communicantibus accendi solitus; quamvis cæteroquin utrumque fieri deberet. Repeto sententiam Doctoris Angelici: *Periculosum est, determinare aliquid esse peccatum mortale, nisi expressa veritas habeatur.*

5. Ut

- 393 5. Ut quoniam Matthæi 7. scribitur: *Nolite sanctum dare canibus*, sacerdos hunc fructum ventris generosi non dispenset ijs, quos lex divina vel ecclesiastica jubet abstinere. Quare illum negabit peccatori publico perenti publicè, occulto occultè, si videlicet ejus crimen aliunde quàm ex confessione sacramentali cognovit, ut accuratè & distinctè inter cæteros explicat Tannerus *cit. q. 8. à*
- 394 *n. 197. Nostræ Synod. Constit. p. 1. cit. 8. n. 7. de publicis peccatoribus ita statuunt: Publici concubinarij, foeneratores, blasphemij, & alij ejusmodi facinorosi homines semel, bis, tertve sub spe emendationis ad penitentiam, & sacram communionem admissi: si postea eos in eodem luto peccatorum hætere cognitum fuerit, amplius ad communionem non admittantur, donec eos vitam, & mores emendasse parochi perspexerint.*

395 Quam sanctionem ita intellige, ut tunc non sint ad communionem admitt-

mitte  
esse  
enim  
blice  
modo  
concu  
cit. n  
ejusm  
conf  
ster,  
actan  
ti, ut  
reine  
rell,  
dices  
pub  
le,  
nir  
adhu  
circ  
pos  
tiæ  
Sic  
21.  
20

mittendi, quando non constat eos esse sacramentaliter confessos; si enim constet publicè, non est eis publicè neganda sacra communio, dummodo scandalum publicum (v. g. concubina) sublatum sit. Tann. *loc. cit.* n. 206. Si autem non constet, 396 ejusmodi publicum peccatorem esse confessum, vel indicijs externis constet, confessionem non fuisse ritè peractam, ob indicia perdurantis peccati, ut si adhuc concubinam in domo retineat, usuras exercere pergat, potest, & debet negari sacramentum, dicendo istum hactenus ut constet, publicè in hoc vel illo peccato vixisse, & nec dum, ut apparet, seriò pœnitere & satisfacere de peccatis, cum adhuc concubinam retineat &c. idcirco ad communionem admitti non posse, donec publicè veræ pœnitentiæ signa edat, & scandalum tollat. Sic post Navarrum *c. 8. n. 11. & cap. 21. n. 55.* loquitur Tannerus *cit. n. 206.*

397. *Quid si autem ex sola confessione sacramentali noverim illum, qui aram accedit, esse indignum dape Angelicâ? An non prudenter agam, si loco hostiæ consecratæ præbeam non consecratam?*  
 Resp. Licet S. Bonavent. Altisiodor. Adrianus, atque alij apud Tannerum *loc. cit. n. 213.* existimaverint, posse id fieri, si & poenitens consentiat, & sacerdos cum hostia non consecrata simul teneat in manu aliam consecratam, ut etiam circumstantes debitum objectum suæ adorationis habeant, rectius tamen à S. Thoma *q. 80. a. 6. ad. 2.* pronunciat, id nullo modo esse faciendum, vel quia sacerdos hoc faciens, quantum in se est, facit idololatrare illos, qui credunt esse hostiam consecratam, ut loquitur S. Doctor; vel quia simulatio & fictio in re tanti momenti averfanda penitus est, ut argumentatur Tannerus *loc. cit.* atque alij.

At

*At ejusmodi peccator publicè infa-* 398  
*mis de-vol-vitur in periculum mortis,*  
*quid aget parochus? Responder me-*  
*rito Suarez disp. 67. sect. 2. & cum*  
*illo Tannerus n. 209. ad id ut ei*  
*communio præbeatur, satis esse, ut*  
*pro temporis conditione ritè confi-*  
*teatur; aut si non possit, certa signa*  
*contritionis ostendat. At laborat* 399  
*prægnante, seu gravi suspitione gran-*  
*dis criminis, quod tamen pernegat se*  
*patrâsse, quid agendum? Respondent*  
*rectè ijdem, esse ei potiùs fidem ha-*  
*bendam in tali articulo, quàm alijs,*  
*ac proinde imperiendam Synaxin;*  
*debere autem, quoad potest, tollere*  
*occasionem suspicionum, & scanda-*  
*lorum.*

**Q**uæritur 3. *quoties teneatur pa-* 400  
*rochus suas oves pascere pane*  
*sua-visimo de cælo præstito? Resp.*  
*1. Quoties eæ tenentur illum pete-*  
*re ut E. G. in Paschate & in articu-*  
*lo mortis; nam parochi maximè*  
*idcirco habent jus metendi carnalia.*

fuorum, ut tunc seminent eis hoc spi-  
 rituale frumentum Electorum, &  
 dent illis hanc escam ipsorum in tem-  
 40 Ipore opportuno. 2. Quoties ratio-  
 nabiliter extra hæc tempora petunt.  
 Reginald. l. 29. n. 96. Bonac. q. 5.  
 p. 1. & alij communiter; nam huc  
 quoque facit allata ratio; atque adeo  
 tum in sollemnioribus festis, de qui-  
 bus expressè loquuntur nostræ Con-  
 stitut. Synod. tum etiam alijs per an-  
 num festivis diebus, ac Dominicis.  
 Nam S. Augustin. relatus c. quotidie  
 de consecr. dist. 2. sic loquitur: *Quo-*  
*tidie communionem percipere nec lau-*  
*do nec vitupero, omnibus tamen Do-*  
*minicis diebus communicandum sua-*  
*deo. & hortor.* Et maximè habenda  
 est ratio ægrorum, postulantium  
 crebrius hoc cæleste antidotum, ut  
 dicemus inferiùs; suadentes possunt  
 extra magnas solennitates remitti ad  
 Ecclesias Regularium. Palaus tr. 21.  
 punct. 20.

DICES : Sum novus parochus, 402  
& quidem loci in quo nunc, sicut &  
alibi, grassantur varij morbi: *velim*  
*compendio tradas nonnullas regulas,*  
*mibi circa agrorum Communionem ob-*  
*servandas.* Resp. Ergo accipe se-  
quentes.

## Regulæ Practicæ

Pro Viatico ritè administrando  
tempore mortalitatis, &  
pestis.

### SECTIO II.

Casus, cui nomen Duellum  
virtutum.

**P** Marcellinus Albergotti impe- 403  
trata, ac prope extorta precibus  
à R. P. Mutio Vitellesco Ge-  
nerali Societatis potestate exponendi  
se servitio infectorum peste a. 1. 6.  
30. grassante Florentiæ, ubi Collegij  
Rectorem omnibus numeris absolutum

agebat, cùm inter cætera, quæ Pater Generalis rescribebat, moneret, ut P. Marcellinus consuetas in simili discrimine se conservandi industrias ne omitteret, duxit esse sibi consulendum eundem R. P. Generalem, utrum nam sit majoris perfectionis adhibere caute-  
 las, & industrias adversus infectionē eo fine solo, ut quis vitam diutius con-  
 servet in spirituale bonum plurium, an  
 verò sese in quævis pericula sine ul-  
 lis præservativis, cæterisque indu-  
 strijs promptissimè dare eo solo fine;  
 ut quis tantò citiùs moriatur, & con-  
 sequenter constituatur in statu, quo  
 nequeat Deum ampliùs offendere;  
 hoc enim posterius proficisci ex amore  
 Dei, prius illud ex proximi, & pro-  
 inde hoc posterius videri sibi perfe-  
 ctius, vehementiùsque se ad id inci-  
 tari, quàm prius; interim tamen dum  
 accipiat responsum, se non omissurum  
 industrias, de quibus monebatur ad  
 cavendum; se tamen obediendi, non  
 verò

verò vitæ conservandæ studio factu-  
rum.

Hoc duellum duarum (aut si ma-  
vis unius) præstantissimarum virtu-  
tum spectare seu legere poteris apud  
Philippum Alegambe in libro, cui  
titulus: *Heroes, & victimæ chari-  
tatis Soc. Jesu ad an. Christi 1630.*  
cap. 30. Hujus occasione fit.

I. Regula. Si sis parochus, aut  
ex justitia tenearis peste infectos mu-  
nire sacro viatico, cæterisque Sacra-  
mentis adhibe illas cautelas, & indu-  
strias communes, & vulgares, quas  
medici judicant necessarias ad evi-  
tandam contagionem, alioqui pecca-  
bis in almam justitiam. Ita sensit  
ipse P. Albergotti teste, ac referente  
Alegambe. Ratio est, quia commu-  
nitas potest suo jure id petere à te;  
nec dubium, quin tacitè de hoc pacta  
sit, cùm suscepit te in stipendiarium;  
ergo teneris, quod enim jure exig-  
tur, præstandum est.

406 **II. Regula.** Peccabis per se lo-  
quendo adversus regulas Theologi-  
cas, si ex sola charitate procurans sa-  
lutem laborantium morbo contagio-  
so, negligas cautelas, & industrias  
communes, necessarias ad conserva-  
tionem tuæ vitæ, esto negligas ob  
finem indicatum ab illa victima cha-  
ritatis. Ratio est, quia nemo est  
vitæ suæ dominus *l. liber ff. ad leg.*  
*Aquil.* ergo nemo licitè aliquid fa-  
cit ex directa intentione vitæ abrum-  
pendi, sicuti ex communi Theolo-  
gorum trado, & declaro *in Theologia*  
*Juridico-Morali cap. 1. sect. 3.*

407 **III. Regula.** At vero si obsequa-  
ris regulis Spiritûs sancti, qui est Ma-  
gister magistrorum, tum sæpe san-  
ctissimè ages, si vitatis ijs, quæ vitari  
præcipit (disertè hoc exprimebat  
ille heros) naturalis ratio, negligas  
omnem illam curam, ea sola de cau-  
sa, ut brevi transferaris è corpore  
mortis hujus in statum impeccabili-  
408 tatis. Ratio est, quia minimè dubi-  
tan-

randum est, quin Spiritus sanctus multos sanctos ac sanctas instigaverit, ut aliqua non modò omitterent, sed etiam, quod magis verant Theologiae regulæ, facerent ex directa intentione peremptionis propriæ, & per hanc peremptionem consequendi, aut conservandi aliquod bonum honestum, atque Deo secundum se gratum. Probatur in primis ratione, <sup>409</sup> nam in ipso vivimus, movemur, & sumus. *Actor. 17.* adeoque est vitæ nostræ absolutissimus dominus; ergo potest impellere, suadere, imperare, ut omittamus, aut faciamus nonnulla eâ intentione, ut moriamur. Probatur deinde varijs exemplis, quibus ostenditur Spiritum sanctum fecisse in hâc materia, quod posuit. Etenim secundum regulas <sup>410</sup> Theologicas nefas est, sese obijcere Tyranno ea sola de causa, ut quis hac ratione palmam martyrij consequatur, sicuti autoritate Theologorum ostendi in Theologia Juridico-

morali cap. 18. n. 66. ac sententijs  
 SS. PP. demonstrat Theophilus Ray-  
 naudus in *lib. de martyr. per pestem*  
*p. 2. cap. 5.* & tamen longè plurimi  
 coluntur ut veri martyres, qui id fe-  
 cerunt. Rursum nefas est se ipsum  
 directè occidere juxta Theologorum  
 Corypheim S. Thomam 2. 2. q. 64.  
 a. 5. Adeò ut sint, qui pro articulo  
 fidei haberi velint hanc propositio-  
 nem : & tamen complures sanctæ  
 virgines se ipsas vel flammis tradide-  
 runt, vel ex alto in imum, vel è con-  
 tinente in mare projecerunt castita-  
 tis, aut fidei tuendæ, demonstran-  
 dæve causâ impulsæ ab illo, cui  
*sapient. 16.* dicitur : *Tu es, qui vi-*  
*tæ, & mortis habes potestatem.* Hu-  
 41, jus Spiritûs flamine agi se censebat  
 P. Marcellinus, cum talia de se scri-  
 bebat ; at quia certus non erat, ideo  
 os Domini interrogavit, dum illum,  
 de quo scriptum : *Qui vos audit, me*  
*audit ; fac & tu similiter.*

IV. Regula. Ne jejuno stoma- 412  
cho accede ( nisi necessitas extrema  
urget ) peste infectum ; halitum  
ejus, quoad potes, commodè decli-  
na ; tene inter te, ac ipsum accensam  
faculam ; utere vestibus, si habere  
queas, minimè villosis, ac muta fre-  
quenter, si potes, lustrâque flamma ;  
si quam alterationem sentias in cor-  
pore, provoca sudorem copiosum.

V. Regula. Præter Diocesenum 413  
Rituale, seu Obsequiale, quod tibi  
pro folijs Sibyllinis esse debet, tolle,  
lege, relegere toties citatum octavum  
titulum, *primæ part.* tuarum Consti-  
tut, Synod. Constantiens. nomina-  
tim §. 19. 21. 22. 23. 24. Urque  
harum lectionem tanto tibi familia-  
riorem reddas, noveris, eas esse suc-  
culentam, adipatam Synopsin Theo-  
logiæ Canoniciæ, sicuti etiam sunt  
Brixinenses. Nostrium Obsequiale  
Diocesenum in forma Extremæ un-  
ctionis dissidet quidem à Romano,  
& communi sensu modernorum

Theologorum, illâ tamen tutò utêris, quamdiu aliud non statuerint ij, quibus obedientiam promisisti.

414 VI. Regula. Ut primùm intellexeris, quempiam tuorum Parochianorum periculosè decumbere; ad illum accurre, ne, si absque omologesi, & viatico decedens pereat, cogaris cum sera pœnitidine audire illam Juris regulam in 5. *Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & pastor nescit*; & illam severissimam comminationem Domini Dei: *Sanguinem ejus de manu tua requiram*, Ezechiel. 33. Et quidem si sit vicinus Ecclesiæ, nec audias esse periculum in mora, accede sine Sacramento; si autem intelligas, esse periculum in mora, vel ipse multùm distet à templo, fume cum vase clementiæ, scrinio dulcoris, sacratissimo, inquam, Christi Corpore sacrum oleum, & fac deinde quod ratio recta suaserit. Si multùm distet, fac hoc ipsum; & etiam non jejuno præbe

via-

viaticum, quamvis probabiliter posset postridie jejunus illud sumere, propter causam indicatam Casu 18.

*At licebitque mihi vehi equo?* Ex-415  
erce tuos validos pedes, nam id per se loquendo faciendum pronunciat Barbosa *cit. cap. 200. n. 51.* post Possevinum. Si tamen ratio tempestatis, distantiae, periculi in mora aliud suadeat, utere beneficio caballi, quod tibi permittunt tuæ Constitut. Synod *loc. cit.*

*Quid si autem me festinare oporteat* 416  
*currendo?* Negant fas esse tunc deferre Barbosa, Jordanus, Bonac. *q. 5. p. 2.* eò quòd cursus videatur decedere majestatem illius, quem gestas. Ego autem cum Quintanad. *tr. 4. sing. 8.* nego hanc indecentiam, nisi habeat adjunctum periculum aut lapsus, aut veri, non autem duntaxat Pharisaici scandali. *At non te-* 417  
*neor,* inquit Bonac. & Barb. *n. 45.*  
*velle haberi pro stulto, ut ministrem alteri sacramentum non necessarium.*

Resp. Ad litteram hinc imitaberis Apostolum profitentem: *Nos stulti propter Christum. 1. Cor. 4.* Didacus Nugnus celebris nominis Theologus tom. 2. in addit ad 3. p. *S. Thom. q. 33. a. 2. audet impiam, & falsam, vocare unius pijsissimi Doctoris, Suarezij, inquam, sententiam, opinantis, Parochum non teneri cum vitæ suæ probabili periculo extremè ungere ægrum jam confessione, & communione expiatum; quid de te ille pronunciaret? Quamquam intra urbem frequentem, & interdum non suaderem cursum. Possè in necessitate omitti gestationem luminis, sonum campanæ rectè notat Jordanus cit. tit 3. n. 32.*

418 Sane Franciscus de Salas eruditione simul, & sanctitate clarissimus, & idcirco summo suo merito hoc ipso anno 1662. relatus in classem Beatorum Coelicum à S. D. N. Alex. VII. plurimum addicto ejus venerationi, priusquam crearetur Episcopus Geneven-

nevensis, solebat per urbes hæreticas deferre sacram hostiam, sub vestes abditam, sine ulla alia exteriori cæremonia, nisi quòd cum adhuc majore, quàm aliàs, gravitate, ac modestia incederet, uti legi in ejus vita. Et utique sunt laudandi illi parochi, quos scio è pagis catholicis, in urbes prorsus hæreticas detulisse, ad periculosè ægrotantes mercatores, aut famulos divinissimam hostiam, detulisse, inquam, cum summa dissimulatione.

VII. Regula. Quando intra urbem est opus hoc Sacramentum pietatis deferre, defer tecum duas particulas, ne quando redibis, obviant contingens pro antè contento; secus si foras egrediendum sit; & sic moderare nostras Constit. Synod. *loc. cit. n. 22.*

VIII. Regula. Si contingat, tibi sacrificanti in aurem dici, quempiam è tuis parochianis subito correptum periculoso morbo, nec habeas

beas hostiam consecratam, consecra  
 unam si moneâre ante oblationem.  
 Dicast. *d. 11. n. 114.* si autem post,  
 particulam è tua diffringe. Dicast.  
*ibid.* Barb. *n. 45.* Quod ipsum tibi  
 idem Barb. cum Suar. & alijs com-  
 muniùs contra Zanard. permittit ca-  
 su, quo quispiam sub tuo sacro, ex  
 magna devotione, seu ex quacunque  
 rationabili causa, ut addit Dicast.  
 vellet communicare, alioqui caritu-  
 rus hâc divinæ affluentiâ largitatis.  
 421 Unde infert Tann. *ait. n. 8. 191.* in  
 necessitate esse permissum, ut ali-  
 quam etiam magnam hostiam in ali-  
 quot partes divisam præbeas acce-  
 dentibus. Non tamen permittit aut  
 Barb. aut Card. de Lugo. *d. 19. sect.*  
*5.* ut quando voles renovare hostiam  
 in hierotheca, seu Monstrantia expo-  
 sitam, illius loco reponas eam, quam  
 unicam consecrasti in tuo sacrificio,  
 quia & sic nimium mutilas sacrifici-  
 um, & videris agere contra cap. *rela-*  
*tum de consecr. dist. 2.*

**IX. Regula.** Si olim vel chiragra<sup>422</sup>  
(cave ne ex intemperata calicum ex-  
siccatione) vel aliud malum tibi au-  
ferat usum utriusque digiti Canonici,  
Bonac. *cit.* p. 2. negabit tibi licere,  
Eucharistiam porrigere alijs digitis  
sanis. At ego in vera necessitate ju-<sup>423</sup>  
dico, id posse fieri sine alia irreveren-  
tia; cum enim tota manus sit utique  
consecrata, cur necessitas non faciat  
hic quoque licitum per accidens,  
quod per se est illicitum? Sicuti &  
censeo contra Bonac. *l. c.* defectum  
stolæ, ac superpellicei non esse tanti  
faciendum, quin ijs deficientibus  
obligaris deferre viaticum jam ex-  
spiraturo; nam & cum tali defectu  
tenêris administrare. Unctionem,  
teste eodem Bonac. & fecit id sæpif-  
sime B. Franc. Salesius, ut refert ejus  
vitæ autor, & posse omitti accensio-  
nem luminis retuli paulò superiùs ex  
Jordano, & denique etiam cum pe-  
riculo vitæ esse Eucharistiam admi-  
ni-

ministrandam censent multi, ut mox dicam.

425 X. Regula. Teneris cum periculo mortis Eucharistiam ministrare tuis ovibus in extremo agone ob pestem, aut alium morbum constitutis Suar. tom. 4. in 3. p. d. 44. sect. 3. & alij contra Philiarchum. Nam communi iudicio hominum videtur parochis à parochianis dari sustentatio cum tacito pacto, ut sibi etiam cum periculo propriæ vitæ succurrant hâc ratione, & in hac necessitate. Et intellige hanc Regulam in eo casu, in quo ille æger non est confessus, aut absolutus, ut intelligi & restringi vult Diana, sanè non improbabiler; vel in eo, in quo non habes bonas rationes existimandi, illum esse in bono statu, modò tibi non impendat extraordinarium periculum mortis, & tua vita non sit pluribus necessaria, præsertim pro confessione, ut mavult Suar.

Ne

Ne autem verearis capto omnibus  
sensibus impertiri absolutionem, si  
vel unus aut una testetur, illum dedis-  
se aliquod signum doloris de pecca-  
tis E. G. tundendo pectus, imagi-  
nem piè aspiciendo &c. Quòd si  
testem hujus rei non habeas, nec vi-  
deris ipse, præbe nihilominus viati-  
cum, modò tibi non constet illum in  
malo statu versari *cap. is qui, & his*  
*qui 26. q. 6.*

Fortè aliquando tibi proderit me-  
minisse responsi, quod aliquando de-  
di ad casum, per litteras à quodam  
postea ad Abbatialem dignitatem ob  
egregias virtutes everso R<sup>mo</sup> Domino  
propositum verbis sequentibus

### Casus moribundi.

**L**ælius moribundus nullum exhibet  
signum contritionis, vel attritio-  
nis; loquitur quidem, sed tantum de  
doloribus suis, quos identidem inge-  
minat; intrinetur quidem crucifixum,  
sed

sed monitus verbis, & signis de confessione facienda, denique ut saltem pectus percutiat, nil facit, sed ita se gerit, quasi nil horum intelligat perseverando in deploratione dolorum suorum, quæritur, an sit muniendus sacro viatico.

- 427 Respondi, & respondeo, breviter in hunc modum. Aut omnibus consideratis judicatur Lælius esse adhuc compos mentis, & tunc est pro impœnimente habendus, nulloque Sacramento dignus; aut habetur pro destituito ratione; tunc est muniendus viatico, extremâque unctione, nisi positivè constet esse in statu p. m. Viatico quidem propter causam allatam n. 135. Unctione verò, quia hæc facilius adhuc impertitur, quam viaticum, ut declarabo in Alph. Ex-
- 428 tremè ungentium. Si denique dubites, an sit compos rationis, idem faciendum, quia in dubio favendum est potius homini, quam Sacramento, ut generatim probo in Alph. Ba-
- ptiz,

Co  
 priz. n.  
 cto da  
 autem  
 culum  
 m, si  
 Et v  
 is in C  
 dubita  
 nec ne  
 bus p  
 confes  
 sacris ca  
 ser pra  
 rem si  
 de ma  
 sumi  
 nali  
 lucio  
 etiam  
 bitar  
 adm  
 posse  
 qui  
 lte  
 rem

ptiz. n. 381. Ideoque extrema un-  
ctio danda sub conditione, absolute  
autem Eucharistia; esset enim ridi-  
culum si diceret: *Præbeo tibi viati-  
cum, si es dignus.*

Et verò ex circumstantijs expres- 429  
sis in Casu censeo, potuisse meritò  
dubitari, utrùm esset compos mentis,  
nec ne; nisi fortè interrogatus de re-  
bus prophanis respondisset aptè, &  
consequenter; interrogatus verò de  
sacristacuisset; tum quippe debuif-  
set præsumi deliberata induratio, sal-  
tem si sciatur fuisse malæ vitæ; nam  
de malo homine semper malum præ-  
sumitur. *Farinacius in praxi crimi-  
nali part. 3. q. 81. n. n. 37.* Abso-  
lutionem non impertijstem ex sola  
etiam prudenti præsumptione pro-  
bitatis; nam DD. probatiores non  
admittunt; doctrinam censentium,  
posse impertiri absolutionem illi,  
qui non scitur, aut non præsumitur  
saltem sub dubio dedisse signum ex-  
ternum animi pœnitentis.

Sicut

430. Sicut verò judico ex allatis circumstantijs, dubium fuisse, utrùm esset mentis compos, nec ne, ita etiam censeo, dubitari posse, an ille aspectus crucifixi provenerit ex religioso motu animi, an verò ex naturali quodam motu; unde infero, potuisse, & debuisse, at solum sub conditione donari absolutione Sacramentali eò quòd in dubio de præsentiâ unius, pluriùmve conditionum requisitarum ad licitam, aut etiam validam administrationem sacramenti necessarij sit in necessitate declinandum potius in favorem animæ, quàm Sacramenti, ut jam dixi paulo ante.

431. Porro ut tantò animosius succurras ægris tempore pestis, stimula te ipsum exemplo tum sexcentorum aliorum, tum illius, quem exhibet tibi hic.

## C A S U S.

**C**um Montilij urbe Galliae pesti-  
 lentia ferventer sæviret, P. Lu-  
 dovicus Borvillet Soc. Jesu conciona-  
 tor eximius sibi solandam solus urbem,  
 alijs vel dilapsis, vel jam peste inter-  
 emptis vindicavit, factus omnibus  
 omnia parochus, concionator, infirma-  
 rius; quærerere eleemosynas, medicinas,  
 omnia, ipse partiri, ipse admo-vere, bis  
 in die summa illa in sacrorum neces-  
 sitate celebrare, baptizare infantes,  
 emortuos humare, Sacramenta lan-  
 guentibus præbere, donec illum hoc  
 agentem, atque meditantem pestis in-  
 vasit contagione venenatae animæ,  
 quam hausit à fœmina, quam ægram  
 solaretur, & audiret confitentem.

Sic scribit Philippus Alegambe in 432.  
 libro cui titulus: *Heroes, & vittimæ  
 Charitatis Soc. Jesu ad ann. Christi  
 1630. cap. 1.* Nec dubita illum imi-  
 tari in sacrificando bis de die, imò &

ter

ter si aliter nequeat satisfieri multo-  
rum devotioni, habebis patronum  
Suarez tom. 3. in 3. p. d. 80. sect. 3.

- 433 / XI. Regula. Quandoquidem Vene-  
tus apud Dian. p. 3. tr. 4. ref. 114. &  
apud eundē p. 5. tr. 3. ref. 50. Marci-  
nus & Marcantius, atq; apud Jord. n.  
23, author praxis *visis. infir.* existimāt  
posse peste infectis viaticum præberi  
in aliquo instrumento, atque hanc  
praxin, ac sententiam probabilem  
vocant Barbosa n. 46. ac Jordanus  
*l. c.* admittitque Gavantus in *Enchir.*  
*Episc. V. pestis n. 7.* contra Chapea-  
ville, & alios ab hiscè citatos idcirco  
si videas id factitari à pluribus alijs  
Parochis, poteris eorum exemplum  
sequi; non suadeo, ut rumorem in-  
ducas, quamvis licèt faceres sine ex-  
emplo, te excusaret autoritas tanto-  
rum virorum. Est autem modus iste:  
434 si sacram hostiam imponas chartæ  
expansæ supra scabellum, ut æger  
possit eam linguâ excipere, aut im-  
ponas spatulæ, atque ita potrigas  
ægro,

ægro, combusturus postea illam char-  
 ram & abluturus spatulam. Sed ne  
 hæc, aut similia factites, si aut sit cer-  
 tum periculum irreverentiæ, aut re-  
 pugnent moribus tuæ Diœcesis; quia  
 meritò plus alijs credis quàm tibi.  
 Vide nostrum Jac. Reifs. *loc. cit. pri-  
 vil. 55.* & maximè Marchantium in  
 Candelabro tract. 6. lect. 3. *vers. Au-  
 steriorès*, ubi enumerat plures modos  
 practicabiles.

XII. Regula. Sæpe relege, & in  
 usum redige, quæ superiùs diximus  
 de hostia præbenda, aut non præben-  
 da non jejunis moribundis; vomit-  
 um patientibus &c. atque obsequere  
 P. Antonio de Quintanad. *l. c. sing. 7.*  
 asserenti, parochum teneri petentibus  
 ægris deferre, tum quoties illi pu-  
 rant, eam sibi esse necessariam ad su-  
 perandam aliquam gravem tentatio-  
 nem, ferendos patienter ægritudinis  
 dolores &c. tum quando postulant  
 in aliquo Solenniori festo Christi B.  
 Virginis, Apostolorum, proprii pa-

- troni &c. aut tempore Jubilæi, aut ratione consuetudinis, quâ solebant sanè crebrò hanc memoriã mirabilium Dei usurpare; nam ijs perquam difficilè est ab ea consuetudine penitus recedere. Ergo est huic consuetudini aliquãlter, si non totaliter condescendendum. Parochus, inquit Paulus V. in manual. tit. de visit. infirm. *in primis spiritualem agrorum curam suscipiat, omnemque diligentiam ponat in eo, ut in via salutis eos dirigat, atque à diabolicis insidijs salutarium præsidio defendat.* Huic monitioni obtempera, D. Neoparochæ, cavens ne occasionem des cuiquam iure lamentandi cum Jerem. Prophetâ Thren. 4. *Parvuli petierunt panem, & non erat qui eis frangeret.* Vindex hujus urbis animarum Curatores esse ad hoc summæ pietatis officium valde promptos: Vade & tu fac similiter. *Luc. 10.*

439 XIII. Regula. Ubi tu ipse in discrimen vitæ veneris, nec aderit alius  
 sacer-

sacerdos , qui tibi præbeat cœnam viaticam , præbe tu tibi ipsi , quia in hujus sacramenti administratione non est absolutè necesse, ministrum esse distinctum à suscipiente ; & tu ipse es Ordinarius minister. Ergo si sanus nequeam facere sacrum , licebit mihi in absentia alterius sacerdotis è sacrario accipere sacram hostiam, eamque mihi ipsi ministrare ? Resp. Licet in magnis festis. Bonac. q. 5. p. 1. post Suar. atque alios , à quibus non habeo, cur dissentiam.

Reg. XIV. Generatim quoties, 440  
& quocunque loco administras hoc Sacramentum , illud obi cum summa reverentia interiore, & exteriori ; utque memoria hujus regulæ tantò fortius inhæreat animo , imprime huic sequentem

*Casum Xaverianum.*

**P**roprium Francisci erat, ubi id com- 441  
modè fieri posset, sacrosanctam Eu-

264 De manu non sacerdotis  
charistiam submissis genibus ministra-  
re populo, & eventus docuit, rem eam  
Deo cordi fuisse. Cosmus quidam Sa-  
raina medicus nobilis, aliique com-  
plures viri honesti, & graves liqui-  
dò affirmârunt. Xaverium in Goano  
templo positum genibus sacratissimum  
Christi Corpus præbentem populo sæpe  
ab se esse conspectum, cum ampliùs cu-  
bito sustineretur divinâ vi sublimis  
â terra. Submissionem ejus à Deo  
efferi sentires.

442 Hoc singulare specimen pietatis  
Eucharistiæ scriptum leges apud Ho-  
rat. Turfelin. l. 6. c. 5. vitæ S. F.  
Xaverij, sed non imitaberis, nisi ubi  
tota vita tua erit alijs regula vivendi  
cap. fin. dist. 20. Sequere igitur affe-  
ctum, relinque sanctis effe-  
ctum.

265) 0 (266

De

De manu non sacerdotis Communi-  
candum.

Casus XXII. Prædi-  
candus

**C**VM S. Tharsitius Acolythus, & 443  
postea Martyr, Christi Corpus  
viâ Appiâ deferret, nec vellet  
illud prodere paganis sciscitantibus, &  
explorantibus quidnam ipse deferret,  
tam diu ab ipsis est quâ fustibus, quâ  
lapidibus cæsus, donec animam effla-  
ret; cujus occisi vestes cum excussis-  
sent omni diligentia, nil tamen sacra-  
mentorum Christi in ejus manibus, ac  
vestibus invenire potuerunt.

Ita testatur Ufuard, in martyr. ad 444  
15. Augusti.

Hoc exemplo, ut alia sexcenta o-  
mittamus, clarum est, fuisse olim  
moris, ut non soli sacerdotes essent  
ministri panis Angelici.

445 **Q**Uæritur jam, an hæc quoque ætate alij, quàm sacerdotes possint esse ejusdem dispensatores? Resp. 1. Possunt Diaconi in necessitate ex mandato Episcopi, vel parochi, text. expressus in c. *præsente dist. 93.* 2. Absente parochi potest hodièque Diaconus in necessitate. Nugnus in q. 82. a. 3. cum alijs; addens hoc ipsum esse verum, licet parochus, Episcopus, ipse Papa, repugnarent, eò quòd adhuc nihilominus ad futura esset tacita voluntas supremi omnium pontificis, scilicet Salvatoris. Verùm ejusmodi repugnantia eveniet nunquam. Barbosa *de paroch. c. 20.* præter necessitatem requirit causam gravissimam, ego cum reliquis passim Theologis existimo, sufficere necessitatem agonizantis. Imò Quintanad. *tr. 4. sing. 8. n. 4.* extendit hanc potestatem ad festa Nativitatis Domini, Immaculatæ Conceptionis Deiparæ (cujus propugnatores, ut per parenthesis dicam, prorsus

sus insigniter animavit S. D. N. Alex. VII. sapientissimâ bullâ hoc ipso anno 1662. directè, expressè, formaliter edita in favorem *Piæ, Devotæ, ac Laudabilis*, ut vocat, institutionis, ac sententiæ ) & alia magna, ratus rectè facturum Diaconum, si tunc publicè in templo (absente sacerdote) seipsum, aliósque communiter. Quod sanè est speculativè (praxin dirigit consuetudo Diocesana) probabile propter autoritatem cap. *Diaconos dist.* 931. & singulariter quando ille Diaconus est simul parochus, ut de Diacono parochio solenniter baptizante dissero in *Alphab. Baptizant. Casu 4.*

2. Negat Nugnus *loc. cit.* post 447 Sotum, atque alios esse ullo in casu licitum jure Divino, ut quis Diaconus inferior dispenset sacram Eucharistiam, probâtque ex usu totius Ecclesiæ; nihilominus arbitrantur Valentia. q. 10. p. 1. Suar. *disp.* 72. *sect.* 3. Regin. l. 29. n. 93. Layman, Palaus

*tr.* 21. *punct.* 12. *n.* 9. Diana alij  
 contra Bonac. *cit.* q. 5. p. 1. & plures  
 ab ipso relatos, haud peccaturum,  
 imò optimè facturum exprimit Sua-  
 rez, laicum, si absente Sacerdote in  
 evidens mortis discrimen adductus,  
 adeat templum, & hostiam è sacrario  
 reverenter eximat, sibi que ipsi mini-

448 *stret.* Nam certissimum est, com-  
 pluribus seculis fuisse in more, ut  
 Christiani è templo domum defer-  
 rent sacratissimum Christi Corpus,  
 illudque domi sumerent. Nec ap-  
 paret ulla lex nova, vel consuetudo  
 vim legis obtinens, quæ id prohibeat.  
 Unde ego nequeo illam opinionem

449 non vocare probabilem. Me non  
 latet, capitulo *pervenit de consecr.*  
*dist.* 2. insinuari, nefas esse laico tan-  
 gere Corpus Christi. Sed ratio, quâ  
 nicitur illud capitulum, est pridem  
 usu abrogata, scilicet prohibitio in-  
 trandi sacrarium, & appropinquan-  
 di ad altare. Adde quòd ille canon  
 sit desumptus ex Concilio Rhemenfi,

arqui

arqui Concilium Rhemense Rhenenses, seu Rhenanos, Acronianos, accolas Danubij non obligat in foro interno.

3. Quin imò ijdem Theologi post <sup>450</sup>  
Gloss. cap. *præsente dist* 93. cum  
Diana p. 5. tr. 3. res. 47. Palao l. c.  
n. 8. Rhodes cit. sect. 3. ac Lessio in  
3. part. q. 82. a. 3. n. 8. probabile,  
& practicè tutum pronunciante Di-  
cast. d. 11. n. 92. contra Sotum Silv.  
Vasq. Nugnum, atque alios, cen-  
sent, in casu extremæ necessitatis,  
deficiente sacerdote, & diacono pos-  
se à laico bonâ conscientîâ ministra-  
ri Eucharistiam alicui alteri; tum  
quòd constet, fuisse olim frequenter  
per laicos delatam ad ægrotos, tum  
quòd hæc praxis non repugnet jurî  
Divino, imò nec Ecclesiastico, quia  
nullus textus excludit casum necessi-  
tatis extremæ. Et quamvis Sotus <sup>451</sup>  
hanc doctrinam vocet intolerabilem,  
ipse tamen & multi alij sapientes,  
quandoque de nonnullis negant ve-

rosimiliter actum primum, de quibus alij exhibent probabiliter actum secundum.

452 Et quia ego cum Dicastillo *d. 11. n. 92.* & Reiss *privileg. 52.* eandem doctrinam autumo esse quàm speculativè, quàm etiam practicè probabilem, ac tutam, idcirco si in montibus Sanctgallensibus, Brigantinis, Uraniensibus, Tirolensibus, Gruerianis, ubi parochiæ latè patent, contingeret, absente parochio quempiam non prius per confessionem Deo reconciliatum, repentè ita debilitari viribus, ut astantium iudicio esset expiraturus, antequam accersiri possent, vel sacerdos, vel diaconus, rectè & ritè ageret Theol. Moralis studiosus, præsertim subdiaconus, aut ætate maturus, & modestus per ferias Autumnales in illis Alpibus degens, si amictus superpelliceo, ac lotis manibus, cum magna reverentia desumeret è tabernaculo sacram hostiam, deferretque (& sine lumine, ut vult Rhodes

des, vel cum lumine, ut censeo ego, quandoquidem delatio luminis fit propter Dominum, non propter servum) ad ægrotum, modò esset tam doctus, & cautus, ut publicè diceret, se didicisse in scholis, matrem Ecclesiam esse in suos filios ita piam, ut in ejusmodi extrema necessitate permittat nunc quoque fieri, quod antiquitus fas erat. Hâc quippe ratione 453 tolleretur occasionem scandali pusillorum, & irreverentiæ notam. Nec pateretur se terreri, si obijceres esse contra praxin, non enim est contra, sed præter, quia scilicet talis necessitas non occurrit præsentem, qui didicisset esse licitam illam praxin.

Rursum nec hoc nostrum judi- 454  
cium adversatur nostris Constit. Synod. cit. tit. 8. n. 23. vetantibus, ne quisquam Curatorum ulla de causa tradat laico Eucharistiam deferendam ad infirmum, nam loquuntur expressè de Curato, qui posset ipse-

met deferre; quo etiam modo intel-  
ligendum cap. pervenit *dist. 2. de*  
*consecr.*

457 Et erit, qui probaliter ex illa pro-  
hibitione nostrarum constitutionum  
inferret, actionem illic interdictam,  
fuisse in nostra *Dioecesi* non semel  
usurpam. Etenim in *Synodis* aut  
*Provincialibus*, aut *Dioecesanis* non  
solent condistatuta prohibitoria actio-  
num imaginariarum, cum *Celsus l.*  
*4. ff. de legib.* ita responderit: *Ex his,*  
*quæ fortè uno aliquo casu accidere*  
*possunt, jura non constituuntur.* Por-  
rò monet *Rhodes*, non esse opus di-  
cere *Confiteor* in casu, quem defendi-  
mus, sicut necesse opus elicere actum  
contritionis de mortali nondum con-  
fesso ait *Lessius in 3. p. q. 82.*

a. 3. n. 10.

OS (O) OS

In

In testimonium innocentiae an communio-  
nicandum.

## Casus XXIII. Papalis.

**Z**oilorum, aliorumque improbo- 455  
rum calumnijs laceratus Grego-  
rius VII. & ab Henrico III.  
Rom. Rege de varijs ingentibus scele-  
ribus immeritò insimulatus, ut huic  
falsas opiniones, ac judicia eximeret,  
Canusij in Lombardia inter sacrorum  
solemnia ei ad se accersito dixit: *Ve-  
nôris me purum esse illorum criminum,  
quibus me accusas, sumam nunc Corpus  
Christi, supplex rogans, ut si reus sum,  
me subitanèa morte interimat, si in-  
nocens, incolumem servet. Hæc præ-  
fatus divinissimam hostiam ore exce-  
pit, ac manducavit, non solùm sine  
ullo secuto supplicio, sed etiam absque  
omni metu. Invitavit quidem Im-  
peratorem ac idem faciendum, sed re-  
cusavit. Baronius prolixè ad ann.  
Christi 1077.*

456 **Q**Uæritur jam I. *utrùm hoc exemplum sit imitandum?* Resp. non esse, quia præsentium temporum consuetudo id verat. Vasq. *in q. 70. a. 6.* meritò legendus. Nec est hæc ætate difficultas hac de re, sed de alia affini, an scilicet excusandi sint illi, qui ut extorqueant incognitam sibi veritatem dicunt: credam te verum dixisse, si cras ad tuorum verborum confirmationem sumpseris sacram hostiam. Excusandos non esse censeret absolutè Palaus *cit. tr. 21. p. ult.* & Tann. *q. 8. n. 212.* rati hoc ipsum esse jure positivo prohibitum.

457 Sed quia neque textus Juris, neque ratio quæ adfert S. Th. *q. 80. a. 6. ad 3.* neque alij canones vim habent, nisi in casu, quo petitur, ut Deus miraculo asserat innocentiam sumentis Eucharistiam, neque ex natura rei, ac per se ullam malitiam continet ejusmodi petitio, idcirco censeo cum Suar. *disp. 67. sect. 6.* posse in aliquo casu eam permitti, cum illius obje-

Etuna

Etum sic revera aliquid instar meri juramenti, & quidem non planè inusitati, ut notat Suar. Attamen vulgò, & communiter usurpari non debet ob periculum.

*Quid si autem filia suæ matri, bonæ 458*  
*cæteroque mulieri, sit suspecta de furto aliquo domestico, vel donatione facta è bonis paternis, an delinquet innocens filia dicendo: quia mea chara mater mihi non vis credere toties inficiatæ, me quidquam illarum rerum surripuisse, vel alienasse, ego cras in testimonium meæ innocentiae confitebor, & communicabo: Ich will viersern Herren darauff empfaben/ eritne excusanda ejusmodi filia, offerendo se ad talem actionem, & mater admittendo? Resp. hunc casum sat frequen- 459*  
*tem, posse quidem facilius crebriusque admitti quàm priorem, ut agnoscit etiam Tann. non tamen esse passim permittendum, ob periculum sacrilegæ communionis, quia confessio, communióque non debent faci-*  
*lè ob-*

lè obiri ob fines, ad quos non sunt institutæ à Deo. Attamen si ejusmodi puella in tribunali confessionis diceret, se destinasse adhibere id genus testimonium suæ innocentiae, eoque adhibito matrem deposituram suam phantasticum judicium, pacemque hâc ratione & non aliâ redituram domum, ego absque ulla tergiversatione ipsi permitterem, memor axiomatis à S. Th. *q. 83. a. 6. ad 2. aeri incisi, & incidendi*: ubi difficultas occurrit, semper accipiendum est illud, quod minus habet de periculo.

460 **Q**Uæritur 2. *Cùm toties in hoc libello meminerimus de actionibus decentibus, aut dedecentibus reverentiam debitam huic Augustissimo Sacramento. Cur hac ætate dicuntur tam multa repugnare isti reverentiæ, quæ olim non repugnabant? E. G. comestio ante cibum Eucharisticum, aservatio in ædibus privatis, ejus ad-*  
mini-

ministratio sine vestibus quibusdam,  
ac caeremonijs nunc usitatis, olim non  
item. Resp. ad hanc quæstionem  
nil responderi à pertractatoribus præ-  
sentis materiæ, dicendum tamen est,  
sicut generatim consuevit in 1. 2. S.  
Th. ab omnibus, ut testatur Arriaga  
tom. 3. disp. 41. n. 32. etsi ipse ab hac  
sententia dissentiens, doceri cum eo-  
dem S. D. quòd lex aliquem actum  
præcipiens, aut interdicens, consti-  
tuat illum in ea specie virtutis, aut vi-  
tij, cujus intuitu ea lex est lata.

Sicut rursus Theologi in 2. 2. S. 460  
Th. differentes de blasphemia, rectè  
observant, rationem blasphemiæ non  
esse tantopere desumendam ex natura  
actionis secundùm se sumptæ, quàm  
ex respectu ad iudicium commune  
hominum interpretantium, vel non  
interpretantium hîc & nunc Deum  
vilipendi, vel contumeliâ affici; esto  
reverà hæc non intendat directè is,  
qui ejusmodi actionem exercet, sic-  
uti videre est apud Sanch. lib. 2. mo-  
ral.

278 *In testimonium innocentiae*

rat. c. 32. n. 2. & 3. ac Laymannum  
462 lib. 4. tract. 10. cap. 6. num. 6. Ita  
etiam pronunciandum est de irreve-  
rential, quæ quandoque solum  
idcirco dicitur inesse alicui actioni,  
quod ea nunc sit prohibita per le-  
gem, aut consuetudinem inductam  
ex intentione conservandi, aut pro-  
movendi cultum divinum debitum  
tanto Mysterio, quandoque autem  
idcirco, quod homines alicujus cer-  
tæ provinciae aut regni, interpreten-  
tur exercitium ejusmodi actionis fieri  
ex quodam contemptu vel vilipen-  
sione; quæ tamen interpretatio vide-  
tur nisi aliquâ illius regni aut pro-  
463 vinciae consuetudine. Cerrè Hispa-  
ni censent, à se magno honore affici  
hominem-Deum, quando totis viri-  
bus, ut olim David coram arca Dei,  
saltant coram Augustissimo Sacra-  
mento, sicuti & Chinenses, quando  
coram eodem tegunt pileo caput. In  
Gallia, aut Germania nostra si quis  
id auderet, haberetur pro Calvinista.

Sanè

Sanè huc aplicari potest illud ex tri-464  
vio Philosophorum : *Quidquid reci-  
pitur per modum* ( id est secundum  
modum, iudicium, affectionem ) *re-  
cipientis recipitur.*

Gloriosus ille Monachorum Pa-465  
triarcha Benedictus in honorem ter,  
quatèrque venerabilis sacramenti in-  
dulgebat suis filijs, ut non multò  
post sumptum panem cælestem su-  
merent terrestrem, solverentque je-  
junium. Dica stillo d. 9. n. 442. cum  
tamen Clemens II. relatus cap. tri-  
bus gradibus dist. 2. de consecrat. in  
venerationem ejusdem Mysterij sic  
statuerit : *Si manè Dominica portio  
editur, usque ad sextam* ( id est meri-  
diem ) *jejurent ministri, qui eam con-  
sumpserunt.* Quanquam dubium non 466  
est, quin nonnulla ex ipsa rei natura  
repugnent reverentiæ debitæ huic sa-  
cramentorum sacratissimo, ut e. g. ad  
illud accessus cum peccato mortali ;  
levitare scurrili, atque histrionica ;  
mentis distractione directè intenta ;  
aut

aut turpitude carnalis statim post  
 communionem commissa. A quibus  
 omnibus omnes custodiat Deus ab-  
 sconditus, & Salvator.

467 **Q**Uæritur 3. *quinam sint effectus  
 divinissimæ Eucharistiæ?* Resp.  
 ab ipsomet S. Thom. tota q. 79. per  
 septem articulos proponi, explicari-  
 que complures, quos enucleatiùs e-  
 disseverunt ejus commentatores, inter-  
 que hos Franciscus Suarez, è quo  
 breviter refero sequentes.

468 1. Hoc sacramentum per se, &  
 ex propria institutione confert gra-  
 tiæ augmentum, ut magis, ad magis  
 hominem cum Christo uniat. Ita  
 omnes Catholici apud Suarez *diss.*  
*63. sect. 1.* Etenim Salvator ipse  
*Ioan. 6.* dicit: *Caro mea verè est ci-  
 bus & sanguis meus verè est potus.*  
 Atqui potus & cibus uniuntur eden-  
 ti, ac bibenti, suæque unione tribuunt  
 incrementum, & augmentum. Vide  
 quod in hanc rem dixi *Casu 1. sub  
 finem.*

2. Licet hoc Sacramentum non sit institutum ad deletionem peccati mortalis, seu ad conferendam primam gratiam, sicuti pater ex usu Ecclesiae, quae nunquam praebet Eucharistiam, nisi ijs, quos existimat esse mundatos à peccato per baptismum, aut Poenitentiam, attamen verosimiliter docet S. Th. q. 100. a. 4. ad 3. multique alij repugnante S. Bonavent. Alensi, alijs, hujus ejusdem Sacramenti perceptione per accidens remitti peccatum mortale illi, qui lethali noxâ inquinatus, dolet de illa, sed imperfectè, quia videlicet solum attritionem, non autem contritionem elicit. Ratio est, quia prudenter hoc ipsum sentimus de omnibus reliquis sacramentis, & de isto speciatim ideo, quòd contineat formaliter, ac realiter ipsum autorem, fontemque propitiationis, & gratiae. Suarez cit. sect. 1. & 3.

3. Quò magis dispositus accedis ad mensam Angelicam, eò plus gratiae

riae consequeris non solum ex opere  
 operantis, ut per se clarum est, sed  
 etiam ex opere operato, siquidem est  
 haec indoles causarum, ut caeteris pa-  
 ribus tantò perfectiorem effectum  
 edant, quantò magis dispositum sub-  
 jectum reperiunt. Sic sentit idem  
 Doctor *sect. 4. ibidem & sect. 5. 6. 7.*  
 disputans utrum hunc effectum con-  
 ferat simul an successivè, & an maio-  
 rem seu plures hostiae una post alte-  
 ram sumptæ, seu Christus sub diver-  
 sis speciebus sumptus; & denique an  
 hunc effectum causet, dum trajicitur  
 in stomachum, an verò etiam post  
 quam est trajectus, aut etiam post-  
 quam sunt species consumptæ.

- 472 4. Effectus quoque Eucharistiae  
 est gratia actualis, seu illuminatio-  
 nes intellectûs, atque præmotiones  
 voluntatis, quas omnibus dignè  
 communicantibus, ac postea non  
 ponentibus obicem immittit certò  
 Deus in tempore opportuno, idque  
 vi hujus sacramenti, seu intuitu  
 obitæ

obitæ communionis esto sæpissime nihil tale advertamus, cùm præsertim sæpe consistat hic effectus in actu quodam divinæ providentiæ nobis ignoto, à nobis non comprehensibili. Ita idem Suarez *sect. 9.* ex communi.

5. Venialia peccata dimitti per di-473  
gnam sumptionem Eucharistiæ docent cum S. Th. cæteri Theologi; quod satis insinuat Concilium Tridentinum *sess. 13. cap. 2.* dum aliter de mortali, aliter de veniali noxa differens ita loquitur: *Salvator noster sumi voluit sacramentum hoc tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præservemur.*

Ut verò hæc peccata venialia de-474  
leantur usu sacræ Synaxeos, non est utique necessarius tantus dolor, quantus per se, seu extra Sacramentum satis est, ad ea delenda, sed sufficit modò sis in statu gratiæ; & non retineas affectum vigenem  
erga

284 *In testimonium innocentiae*

erga illa ; tunc enim mox suapte vi  
extinguet tuas veniales culpas veniæ  
largitor Deus ; extinguet , inquam ,  
quoad reatum culpæ , non verò quo-  
ad reatum pœnæ , nisi adferas dispo-  
sitionem sufficientem expiandæ pœ-  
næ ; etenim nec Scriptura , nec Pa-  
tres ajunt , pœnas purgatorij minui  
per ipsam præcisè dignam sumptio-  
nem Corporis Christi , ut rectè & cum  
S. Thom. cit. q. 79. tradit idem Sua-  
rez. *sect. 10.*

475 Nec obest , quòd multi prudentes  
virì suas communionès crebrò offe-  
rant Deo pro amicis vivis , ac defun-  
ctis. Etenim ipsa actualis percep-  
tio hujus sacratissimi mysterij est  
opus excellentissimæ virtutis ; sci-  
licet religionis ; habet igitur vim me-  
rendi , atque satisfaciendi ; potes igi-  
tur illam , quà satisfactoriam donare  
alteri eò modo , quo cætera tua bona  
opera ; item & quà meritoriam per  
modum meriti de congruo perque  
modum impetrationis , ut provide  
respon-

respondet Suarez *cit. disp. 63. sect. 10.* in fine, rectè monente Raynau-  
do in *Heteroclitis spiritual. l. 1. sect. 1. punct. 1.* atque Rhode *q. 3. de Euchar. sect. 3.* communionem tuam nemini prodesse posse ex opere operato, nisi tibi; & quando dicimus, nos velle comunicare pro aliquo, esse etiam hunc sensum, quòd velimus ipsam præparationem ad communionem offerre pro illo.

6. In ipsum quoque corpus homi-476  
nis redundat energia hujus cibi cœlestis; ita quidem ut per eam mitigetur fomes peccati, compescatur, inquam, seu refrœnetur pravus appetitus, atq; inclinatio in malum; dum videlicet per sacram communionem excitatur in nobis ardor pietatis, raptus in bona supernaturalia; qui ardor suapte naturâ restinguit terrenum, carnalémque; ac præterea ob Synaxin piè obitam efficit Deus, ne occurrant nobis cogitationes, quæ solent excitare in nobis fœdos, aliós-

N

que

que inordinatos motus ; efficit quoque, ne dæmon tam furiosè, ac rabi-  
dè nos tenter, quàm faceret, si non  
fuissemus refecti cibo vivo ac vitali,  
sicuti hunc effectum corporalem plu-  
ribus explicat idem Suarez *disp. 64.*

477 *sect. 1.* Unde etiam patescit, quàm  
meritò Casu XX, dixerimus, sacram  
Synaxin esse præstans antidotum ad-  
versus vitium turpitudinis.

478 7. Resurrectionem Corporis no-  
stri adscribunt etiam huic cibo cœ-  
lesti Suarez *disp. 64. sect. 2.* atque alij  
plures post ipsum, non eo sensu,  
quòd vel omnes, aut soli communi-  
cantes resurrecturi sint, sed quòd  
illius cibi perceptio exciter mediatè,  
vel immediatè in nobis gratias actua-  
les, quibus adjuti elicimus actus vir-  
tutum promerentes gratiæ augmen-  
tum, & consequenter majorem cla-  
ritatem corporis in communi resur-  
rectione. Et hoc ipso quòd Eucha-  
ristia sit instituta ad tribuendam per-  
severantiam in gratia sanctificante,  
tribuit

tribuit peculiari modo immortalitatem beatam, cujus utique particeps est corpus. Verbo, Eucharistiæ typus fuit, lignum vitæ, cujus perpetuus esus poterat facere immortales.

8. Denique eadem sacra commu- 479  
nio efficit in nobis quandam singularem unionem cum Christo, non solum quatenus præcisè est nobis substantialiter præsens, realitèrque in nostro stomacho, sed quatenus Christus in Eucharistia nobis per modum cibi præsens fit, miscetur, & confunditur quodammodo cum substantia suscipientis; ac præterea contra quam corporeo cibo accidit, Christus in se ipsum convertit suscipientem, informat illum spiritu suo, nam qui adhæret Domino, unus spiritus est cum eo; ut enim cibus in me convertitur, sic transmutor spiritualiter in Christum, cibus in me vivit vita mea, ego in Christo vivo vita Christi, scilicet amore, qui efficit, ut nihil præter ipsum cogitemus, ni-

hil desideremus nisi ei placere, cogitemus ut ille, amemus ut ille. Transformatio igitur hæc fit per amorem & imitationem. Sic philosophatur Rhodes *disp. 1. de Euchar. q. 3. sect. 3.* declarans hunc modum unionis testimonijs SS. PP.

480 Claudio hoc Alphabetum quæstione difficillimæ resolutionis, scilicet qui fiat, quod, pro dolor, tam multi Sacerdotes sæculares, ac Religiosi ex quotidiana, tam multi Laici ex octidua communione adeò parum, aut nihil videantur proficere in spiritu, si ad augmentum gratiæ sanctificantis per Eucharistiam obtinendæ non exigatur necessario immunitas ab omni peccato etiam veniali, juxta dicta supra n. 217. & devotio actualis juxta doctrinam alteram n. 362.

481 Responder Georgius de Rhodes *cit. q. 3. sect. 1. ff. 3.* his verbis: Hic mihi sanè, ut verum fatear, vix quidquam occurrit, quod dici posse putem; non enim satisfacis argumen-

to, si dicas, habitus supernaturales non dare facilitatem, nec excludere habitus vitiorum, nec mortificare passiones; hoc enim licet verum sit, tamen auxilia gratiæ tam copiosa. quæ recipiuntur ex tanta frequentia sacramenti omnino debellarent omnes vitiorum habitus.

Respondeo ergo tria. Primum, <sup>482</sup> multos sibi blandiri sæpe, dum existimant, se immunes esse à peccatis mortalibus, quibus tamen pleni sunt. Secundum, illos nimiam (forte *minimam* debuit imprimere typographus, in hoc toto opere valde mendosus) gratiæ partem accipere in Eucharistia, & aliunde per distractiones, & vitam tepidam obruere illa auxilia gratiæ, quæ propter habitus malos intensissimos illis profus inutilia sunt. Tertium, illos in peccatam tepiditatis insensibiles fieri ad divina, & propter contemptum levium peccatorum incidere in peccata gravia, per quæ sacramentorum o-

mnis efficacitas enervatur. Ita Theologus ille novus, simul & terrificus, sed salutariter terrens.

483 Addo ego post Cajetanum atque alios, præservationem à peccatis mortalibus tam quo ad numerum, quàm quo ad qualitatem esse sine dubio magnam gratiam, hanc autem plurimis impertiri ob perceptum manna cœleste nobis olim manifestabit is, quem nunc quidem videmus in speculo, & sub speciebus Eucharisticis, at postea facie ad faciem.

Atque hæc scripta sunt ad Honorem, ac Venerationem Augustissimæ  
E V C H A R I S T I Æ.



# INDEX RERUM.

Numerus appositus designat  
marginalem.

## A. B.

**A** Blutio calicis olim effundebatur  
num. 24. cur non fuerit sumpta  
à sacrificante. ibid. an in ea remaneat  
aliquid de sanguine Christi. ibid. quid  
si deglutiatur ante hostiam. 325. pra-  
xes circa illam 322. Annunciationis  
festo an obeunda communio paschalis.

33.

**B** Rixenses totam quadragesimam ha-  
bent pro communione paschali. 33.  
eorum Episcopi liberales erga Societa-  
tem Jesu. 81.

## C.

**C** Alicis usus meritò negatur laicis.  
16. Caroli Magni pietas. 29. ca-  
tharosis an communicandum. 171.

N 4

Chri-

## Index

*Christus avertit vultum ab indignè communicantibus. 29. tibi nomine quid intelligatur 262.*

*Communio præceptum est divinum 3. ad eam aliqui particulariter obligantur 4. omnes saltem in articulo mortis. 10. non autem, quam primum quis deliquit mortaliter 9. sub utraque specie sapienter prohibita. 17. contra hoc præceptum non peccat sacerdos præbens è suo calice ablutionem. 21. quibus casibus liceat communio sub specie vini. 27. quando obeunda paschalis. 32. an compensanda ommissa. 34. aut obita in peccato mortali. 43. an præveniendum tempus 39. pœna negligentium 49. an quovis die sit fas communicare. 45. an feria quinta cœnæ Domini teneantur sacerdotes more laico communicare. 47. an quâlibet horâ communicandum 48. an à quovis quotidie. 58. cur Societas Jesu non permittat quotidianam. 60. an bis in die liceat communicare 51. nominatim moribundis 53. an in Nativitate*

tate Christi liceat sacerdoti semel facere sacrum, & semel communicare more laico. 52. an communio possit precipi à confessario. 54. quam graviter peccetur non parendo 55. an se negligatur compensanda sit. 56. an prohiberi possit à confessario. 62.

An paschalis obeunda in parochia 68. an in cathedrali 66. an absolutio neganda nolenti communicare in parochia. 72. an repetenda alibi facta. 73. quid de peregrinis 75. an à religiosis præbenda die resurrectionis. 78. an pueris præbenda. 84. & seqq. an energumenis 148. an phreneticis. 171. an epilepticis 157. an vomitu laborantibus. 161. an spuenti & catharroso 170. an tussienti 172. quomodo moribundo 174. & seqq. an ebrio moribundo 192. vindicta indignè communicantis. 208. quantum peccatum indignè communicare. 210. an præmittenda communioni confessio. 222. an necessario devotio. 362. heteroclitum iudicium unius Noterici de re-

## Index

*Et* properante è confessionali ad communionem. 367. an veniale peccatum impediatur communionem 221. an obvianda post exercitiam turpitudinem carnalem. 351. & seqq. probabiliter fuit id etiam conjugatis olim vetitum sub mortali. 354. quomodo se circa hanc materiam geret uxor respectu mariti. 356. quid si nocturna illusio præcessit diem communionis. 359. quænam alia corporis dispositio requiratur ad dignè communicandum. 360. an de manu sacerdotis communicandum. 376. an de manu solius sacerdotis 448. quomodo ipsa communicatio possit esse peccatum. 220. & unus donare alteri suam communionem. 475.

Confiteri ante communionem debet conscius peccati mortalis. 222. etsi divinitus sciret esse sibi remissum. ibid. quid si dubitet, an peccarit mortaliter. 223. quid si recordetur peccatum esse certum, quod erat confessus ut dubium. 214. aut se non confessum aliquod certum crimen, 249. singulariter præmitten-

## Rerum.

mittenda communioni paschali confessio. 228. declaratur specie facti 227. an confessio venialium possit tunc precipi 230. an ab altari recedendum ob confessionem. 237. exemplum huius rei laudabil. 236. casus, quibus fas est communicare non confessio. 238. & seqq. explicatur sanctio quædam Tridentini concilij circa hoc punctum. 244. confessoris copia quando censeatur deesse 242. an recta est confessio-  
nali eundem ad communionem. 365.

Constantiensium mos circa communionem calicis 21. & 25. in negligentes communionem paschalem 49. Constantiensis episcopatus omnium latissimus 91. Constantiæ quid agatur circa pueros pro communionem 108. & circa capite damnatos. 104. & circa confessionem præmittendam communioni 227. constitutiones synodales Constantiensis explicantur in hoc puncto. 229. & quam frequentem confessionem imporent sacerdotibus 234. & quomodo loquantur de sacerdote celebrante sine

## Index

confessione. 245. quid statuant de re-  
novatione Eucharistiae 344. & de  
lampade ante Venerabile 373. ac pa-  
rocho aegros obequitante cum sacra Eu-  
charistia. 374. vel illam opponente  
incendio ibid. quid & de publicis pec-  
catoribus repellendis à communione  
394. frequentanda communione 401.  
extremâ unctione 414. commendatur  
earum lectio ibid.

Consuetudo rationabilis praevalet  
juri. 33. contritio an & quando eli-  
cienda communicaturo, vel sacrifi-  
canti, si occurrat peccatum post vel  
ante ultimam confessionem admissum  
250. & seqq.

## D. E.

**I**N dubio magis favendum aegro,  
quàm Sacramento. 163. in dubio  
quisque praesumitur bonus 197.

**E**Brij moribundi exemplum. 192.  
quomodo circa talem se geret paro-  
chus. 195. ebrius melior est asinus.  
ibid. ebrietas quomodo innoxie con-  
tra-

Erabatur. 196. in dubio præsumitur  
 involuntaria 197. & semiplena 190.  
 an ebrius privandus sepulturâ. 199.  
 energumena exemplum 146. an com-  
 municandi energumeni 148.

Eucharistia conservat castitatem  
 363. & declaratur manifesto exemplo.  
 349. auget gratiam. 468. delet quan-  
 doque peccatum mortale 469. quomo-  
 do veniale 473. causat resurrectio-  
 nem nostri corporis 478. & unionem  
 cum Christo 479. cur tam pauci profi-  
 ciant ex frequenti communione 480.  
 an liceat eam sumere in testimonium  
 innocentia 456. declaratur exemplo  
 Gregorij VII. apparet cruenta, 14.  
 restinguit incendium 375. in ea ap-  
 paret Christus in forma pueri. 29. ea  
 in dubio exponenda est periculo mate-  
 rialis irreverentia 163. ejus parti-  
 cula præberi potest 164. quid si revo-  
 matur. 166. eam comburere est imma-  
 ne sacrilegium ibid. Eucharistia spe-  
 cies quàm brevi permutentur 162.  
 Eucharistia non est ad ægros deferen-

## Index

da, ut eam adorent. 371. nec per aegros circumferenda 374. an ad aegros deferenda equitando. ibid. quis, & qualis ejus minister. 376. & seqq. an licitè sumantur simul multæ ejus particula integræ 343. reliquiæ ejus quomodo sumendæ 145. quid agendum cum hostia, quæ fuit in monstrantia 422. unde proveniat, quod aliqua censeantur repugnare reverentiæ debitæ Eucharistiæ. 460.

## F.

**F**atuorum duplex genus. 134. an communicandi. 135. quid si se ingerant in turbam communicantium. 136. S. Francisci Xavierij miraculum 155. aliud ejusdem in præbenda sacra Eucharistia. 441.

## G. H.

**G**argarizando an violetur jejunium naturæ. 267.

**H**ispani hominis tragicum facinus 200.

Histo-

## Rerum.

*Historiæ notabiliores hic relatæ.*  
De muliere in equam conversa ob ne-  
glectam communionem 1. hostia con-  
versa in sanguinem. 14. Eucharistia  
in forma pueri 29. puerulo mirè pio  
& prudentulo. 82. juvene muto si-  
mul & surdo mirè solerte 132. ju-  
vene prodigiôsè sanato ope S. Fr. Xa-  
varij. 155. corpore monstroso 158.  
muliere ob sacrilegam communionem  
divinitus punita 208. sacerdote val-  
de simplici 257. die Dedicationis sine  
sacro celebrato 328. libidinoso per  
sumptionem Eucharistiæ emendato.  
349. S. Tharsitio 443. de horologijs  
singularia 283. & seqq.

### I.

**J**ejunium ecclesiasticum & naturale  
quid sit 259. naturale jejunium quo-  
modo requiratur ad communionem 261.  
quibus modis violetur. 262. & seqq.  
an in dubio, utrùm sis jejunus tenearis  
abstinere communiõne 280. ægris aut  
alijs constitutis in periculo mortis, an  
& qua-

## Index

& quatenus non jejunis liceat commu-  
 nicare 308. & qui proximus altari  
 recordatur se non esse jejunum 319. an  
 memor se non esse jejunum teneatur de-  
 tinere in ore hostiam donec Christus  
 desinat esse sub illa 325. an sacerdos  
 non jejunus licite sacrificet in magno  
 festo, quo populus deberet carere sacro.  
 329. aut ad communicandum moribun-  
 dum. 334. aut ad perficiendum in-  
 choatum jam sacrificium 339. aut ad  
 absumendas reliquias 340. aut ne ho-  
 stia veniat in manus hereticorum 348.  
 an ante communionem liceat aliquid  
 sumere de nucce muscata ad faciendum  
 Christo bonum odorem. 257. an su-  
 mere panem benedictum. 272. an pa-  
 rochus pagi, qui sumpsit ablutionem in  
 primo sacro Nativitatis faciat licite  
 secundum & tertium sacrum 333.  
 an urbis. ibid.

## L. M.

**L** Ampas an sub mortali debeat ar-  
 dere coram Venerabili. 372. Leo-  
 nardi

Rerum.

nardi Lessij mira infantia 102. casus  
notabilis, quo ipse interrupit sacrum  
167. nulla obligatio est asserenda sine  
lege 8. aliqua diem assignant ad di-  
latandam obligationem 35.

**M**agi cujusdam nequitia 1. minister  
Eucharistiæ est solus parochus  
376. quandoque tamen Regulares  
378. declaratur casu particulari 380.  
etiam cum potestate subdelegandi 385.  
probabile, non peccari mortaliter mi-  
nistrando Eucharistiam in peccato mor-  
tali. 387. aut tangendo in peccato mor-  
tali ibid. aut digitis non canonicis.  
391. aut ministrando sine lumine & vel  
non præmissis: Confiteor. 392. mini-  
stranda non est Eucharistia peccatori.  
393. quid in articulo mortis 398. an  
aliquando sine superpelliceo. 392. an  
præbenda particula propriæ hostiæ.  
421. an extra missam possit sibi mini-  
strare 439. an quandoque laicus sibi  
& alijs. 447. à numero 404. ad 440.  
traduntur & explicantur Regulæ 13.  
parochis observandæ tempore morbi

con-

## Index

contagiosi. & n. 403. describitur *Zelus* cujusdam in ejusmodi necessitate; at n. 427. exemplum moribundi, de quo dubitabatur, an esset capax viatici, sicut & num. 192. exemplum ebrij moribundi. item n. 405. & seqq. discutitur illa quæstio, an liceat cautelas aduersus contagionem negligere eo fine, ut quis correptus contagione citius veniat in cælum. quamdiu post missam liceat sumere medicinam vomiturienti 165.

*Monstrum corporis humani* 158. *mortis articulus* quid sit 182. non differt à periculo. 184. *quis moribundus* 185. *an liceat huic bis de die communicare non jejuno.* 188. *quoties in morbo* 185. & 315. *quo die morte damnatis.* 205. *an immediate ante mortem* 206. *quoties eisdem* 207.

## N. P.

**N**ox media quomodo computanda  
274.

Paro-

## Rerum.

**P**arochus quoties teneatur suis ministrare Eucharistiam 400. quas præcipuè regulas observabit circa ægros 403. & seqq. an si currendum sit cum sacramento 417. an cum periculo mortis 425. quid si dum sacrificat, moneatur aliquem lethaliter decumbere. 421. quid si æger captus omnibus sensibus 425. quid si parochus laboret chiragra. 423. an liceat uti instrumento ad porrigendam hostiam. 435. parochus quomodo se gerat circa ægros non jejunos 318.

Paschæ nomine quid intelligatur. 32. accipitur quandoque in sensu formali non materiali 79. peccatū mortale non est asserendum sine gravi ratione 390. veniale quando reddat communionem illicitam 215. & seqq. peregrini an & ubi teneantur communicare in paschate. 76. pbeneticis an præbenda Eucharistia. 151. & seqq. ubi traduntur praxes. Pueruli mira virtus. 82. exempla puerorum præcocis ingenij 102. & seqq. non est verum, quòd  
pueri

## Index

pueri sapiant communiter post primum septennium 118. probatur, & declaratur 119 & seqq. pueris quâ etate communicandum. 84. & seqq. ac nominatim in Constantiensi Diœcesi. 91. in articulo mortis. 99. in jubileis. 105. an distinguendum inter pueros & puellas. 124. in dubio de horum capacitate quis litem dirimet. 107. quid de Germanis pueris singulariter sentiendum. 125. pœnitentia confessorij quomodo interpretanda. 55.

## R.

**R**aro & nunquam æquiparantur. 170. Religiosi quidam an teneantur monere pœnitentes, ut obeant communionem paschalem in sua parochia. 70. an ipso die resurrectionis possint præbere communionem. 77. de reliquijs hostiæ consecratiæ varia. 340. & seqq.

## S.

**S**acerdos quandonam teneatur ex officio celebrare. 238. ubi est ei peragen-

## Rerum.

agenda communio paschalis 74. sanguis  
consecratus si misceatur alteri liquori  
an desinat esse 24. Societas Jesu cur  
non permittat pœnitentibus commu-  
nionem quotidianam. 60. Sternutatio ca-  
sualissima 169. Sputatio an impediât  
communione. 171. surdus & mutus  
inirificus. 132. item alius surdus 143.  
an surdis præbenda Eucharistia 139.  
quid si quis sit surdus, mutus, & cæ-  
cus. 141. an surdi absolvendi sacra-  
mentaliter. 142.

## T. V. X.

**T**Abaco an violetur jejunium na-  
turale 264. Trident. Concilio qui  
interfuerint. 17. an & quando tussis  
impediât communionem 172.

**V**enialium peccatorum confessio an  
præcipi possit. 233. Viaticum  
quid sit. 178. quid sit sumere Eucha-  
ristiam per modum viatici 181. vo-  
mitus an impediât communionem 161.  
& seqq. declaratur exemplo Lessij,  
167. voca quomodo interpretanda.

## Index Rerum.

55. unctio extrema an administranda  
cum periculo mortis. 418. usus ratio-  
nis : anni discretionis : potentia pec-  
candi mortaliter & doli capacitas an  
differant III. & seqq. quâ ætate  
reperiuntur in pueris & puellis.  
118. & seqq.

**F I N I S.**



m.

domina  
B. asura  
patentia  
etoria  
qua en  
et pueli

S.





